BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
238 9°
INKUNABUŁY

Valerius Maximus

et

Crispus Sallustius.

I
136.c.

Maximus
et
Sallustius
I
36.c.

De coniuratione Catilinae

MNES homines qui sese student praestare ceteris animalibus: summa ope niti decet ne uitam silentio trâseant: ueluti pecora: quae natura prona atq; uentri obedientia finxit. Sed nostra omnis uis: in animo & corpore sita est. Animi imperio corporis seruitio magis utimur. Alteq; nobis cum diis. Alterum cum belluis cõmune é. Quo mihi rectius esse ui detur ingenii: quam uirium opibus gloriam quaerere. Et quoniam uita ipsa qua fruimur breuis est: memoria nostri quam maxime longam efficere. Nam diuitiarum & formae gloria fluxa atq; fragilis est, Virtus clara aeternaq; habetur. Sed diu magnum inter mortales certamen fuit: uine corporis an uirtute animi res militaris magis procederet. Nam & priusq̃ incipias consulto: & ubi cõsulueris mature facto opus est. Ita utrunq; per se indigens alterum alterius auxilio eget. Igitur initio reges (nam interris nomen imperii id fuit primum) diuersi pars ingenium alii corpus exercebant: Etiam tunc uita hominum sine cupiditate agitabatur. Sua cuiq; satis placebant. Postea uero quam in asia Cyrus: in graecia Lacedaemonii: & athenienses coepere urbes atq; nationes subigere libidine dominandi causam belli habere. Maximam gloriam in maximo imperio putare. Tum demum periculo atq; negociis compertum est in bello plurimum ingenium posse. Quod si regum atq; imperatorum animi uirtus in pace ita ut in bello ualeret: aequabilius atq; constantius sese res hũanae haberent. Neq; aliud alio ferri: neq; mutari: ac misceri omnia cerneres. Nam imperium facile his artibus retinetur: quibus initio partum est. Verum ubi pro labore desidia: pro continentia & aequitate libido atq; superbia inuasere: fortuna simul immutatur cum moribus. Ita imperium semper ad optimum quenq; a minus bono tranfertur. Quae homines arant: nauigant: aedificant: uirtuti omnia parent. Sed multi mortales dediti uentri atq; somno indocti: incultiq;: uitam sicuti peregrinantes transier. Quibus profecto contra naturam corpus uoluptati anima oneri fuit. Eorum ego uitam mortemq; iuxta existimo quoniam de utraq; siletur. Verumenimuero is demum mihi uiuere atq; frui anima uidetur: qui aliquo negocio intentus: praeclari facinoris: aut artis bonae famam quaerit. Sed in magna copia rerum aliud alii natura iter ostendit. Pulchrum est benefacere reipublicae. Etiam benedicere haud absurdum est: uel bello uel pace clarum fieri licet: & qui fecere: & qui facta aliorum scripsere: multi laudantur. At mihi quidem tametsi haud quanquam par gloria sequatur scriptorem & auctorem rerum: tamen in primis arduum uidetur mihi res gestas scribere. Primum quod facta dictis exequenda sunt. Dehinc quia plaeriq; delicta quae reprehenderis: maliuolentia & inuidia dicta putãt. Vbi de magna uirtute atq; gloria honorum memores: quae sibi quisq; facilia factu putat aequo animo accipit. Supra ea uelut ficta pro falsis ducit. Sed ego adolescentulus initio sicuti plaeriq; mortalium a studio litterali ad rempublicam delatus sum: ibiq; mihi multa aduersa fuere. Nam pro pudore pro abstinẽtia pro uirtute & aequitate: audacia: largitio: auaritia uigebant. Quae tametsi animus meus aspernabatur: insolens malarum artium: tamen inter tanta uitia imbecilla aetas ambitione corrupta tenebatur. At me cum a reliquis malis moribus dissentirem: nihilominus honoris cupido eadem quae ceteros fama: atq; inuidia uexabat. Igitur ubi animus & multis miseriis: atq; periculis requieuit: & mihi reliquam aetatem a republica procul habendam decreui: non fuit consilium secordia atq; desidia bonum ocium conterere. Neq; uero agrum colendo aut uenãdo seruilibus officiis intentum aetatem agere. Sed a quo incepto studio me ambitio mala detinuerat eodem regressus: statui res gestas populi romani carptim ut quaeq; memoria digna uidebantur perscribere: eo magis mihi quod a spe metu partibus. R. P. animus liber erat. De Catilinae igitur coniuratione quamueritissime potero paucis absoluam. Nam id facinus in primis ego memorabile existimo: sceleris atq; periculi nouitate. De cuius hominis moribus paucis prius explananda sunt: quam initium narrandi faciam.

L Vcius Catilina nobili genere natus fuit: magna ui animi & corporis. Sed ingenio malo prauoq;: huic ab adolescentia bella intestina: caedes: rapinae: discordia ciuilis grata fuere: ibiq; iuuentutem suam exercuit. Corpus patiens: inediae: algoris: uigiliae: supra quam cuiquam credibile est. Animus audax: subdolus: uarius: cuiuslibet rei simulator ac dissimulator: alieni appetens sui profusus: ardens in cupiditatibus: satis eloquentiae: sapientiae parum. Vastus eius animus immoderata incredibilia nimis semper alta cu

Inc. 238a

1414232



W woluminie kolejno współoprawne sygnatury:

Inc. 238

Inc. 238a

Dar Kuratorjum Okr. Szk. Poznańskiego.
Z księgozbioru Gimn. im. Marji Magdaleny w Poznaniu.
1930.

De coniuratione Catilinae Liber

MNES homines qui sese student praestare ceteris animalibus: summa ope niti decet ne uitam silentio trãseant: ueluti pecora: quae natura prona atq; uentri obedientia finxit. Sed nostra omnis uis: in animo & corpore sita est. Animi imperio corporis seruitio magis utimur. Alteq; nobis cum diis. Alterum cum belluis cõmune é. Quo mihi rectius esse ui detur ingenii: quam uirium opibus gloriam quaerere. Et quoniam uita ipsa qua fruimur breuis est: memoriã nostri quam maxime longam efficere. Nam diuitiarum & formae gloria fluxa atq; fragilis est. Virtus clara aeternaq; habetur. Sed diu magnum inter mortales certamen fuit: uine corporis an uirtute animi res militaris magis procederet. Nam & priusq̃ incipias consulto: & ubi cõsulueris mature facto opus est. Ita utrunq; per se indigens alterum alterius auxilio eget. Igitur initio reges (nam interris nomen imperii id fuit primum) diuersi pars ingenium alii corpus exercebant: Etiam tunc uita hominum sine cupiditate agitabatur. Sua cuiq; satis placebant. Postea uero quam in asia Cyrus: in graecia Lacedaemonii: & athenienses cœpere urbes atq; nationes subigere libidine dominandi causam belli habere. Maximam gloriam in maximo imperio putare. Tum demum periculo atq; negociis compertum est in bello plurimum ingenium posse. Quod si regum atq; imperatorum animi uirtus in pace ita ut in bello ualeret: aequabilius atq; constantius sese res hũanae haberent. Neq; aliud alio ferri: neq; mutari: ac misceri omnia cerneres. Nam imperium facile his artibus retinetur: quibus initio partum est. Verum ubi pro labore desidia: pro continentia & aequitate libido atq; superbia inuasere: fortuna simul immutatur cum moribus. Ita imperium semper ad optimum quenq; a minus bono transfertur. Quae homines arant: nauigant: aedificant: uirtuti omnia parent. Sed multi mortales dediti uentri atq; somno indocti: incultiq;: uitam sicuti peregrinantes transier. Quibus profecto contra naturam corpus uoluptati anima oneri fuit. Eorum ego uitam mortemq; iuxta existimo quoniam de utraq; siletur. Verumenimuero is demum mihi uiuere atq; frui anima uidetur: qui aliquo negocio intentus: praeclari facinoris: aut artis bonae famam quaerit. Sed in magna copia rerum aliud alii natura iter ostendit. Pulchrum est benefacere reipublicae. Etiam benedicere haud absurdum est: uel bello uel pace clarum fieri licet: & qui fecere: & qui facta aliorum scripsere: multi laudantur. At mihi quidem tametsi haud quaquam par gloria sequatur scriptorem & auctorem rerum: tamen in primis arduum uidetur mihi res gestas scribere. Primum quod facta dictis exequenda sunt. Dehinc quia plaeriq; delicta quae reprehenderis: maliuolentia & inuidia dicta putãt. Vbi de magna uirtute atq; gloria honorum memores: quae sibi quisq; facilia factu putat aequo animo accipit. Supra ea uelut ficta pro falsis ducit. Sed ego adolescentulus initio sicuti plaeriq; mortalium a studio litterarum ad rempublicam delatus sum: ibiq; mihi multa aduersa fuere. Nam pro pudore pro abstinẽtia pro uirtute & aequitate: audacia: largitio: auaritia uigebant. Quae tametsi animus meus aspernabatur: insolens malarum artium: tamen inter tanta uitia imbecilla aetas ambitione corrupta tenebatur. At me cum a reliquis malis moribus dissentirem: nihilominus honoris cupido eadem quae ceteros fama: atq; inuidia uexabat. Igitur ubi animus & multis miseriis: atq; periculis requieuit: & mihi reliquam aetatem a republica procul habendam decreui: non fuit consilium secordia atq; desidia bonum ocium conterere. Neq; uero agrum colendo aut uenando seruilibus officiis intentum aetatem agere. Sed a quo incepto studio me ambitio mala detinuerat eodem regressus: statui res gestas populi romani carptim ut quaeq; memoria digna uidebantur perscribere: eo magis mihi quod a spe metu partibus. R. P. animus liber erat. De Catilinae igitur coniuratione quamueriſſime potero paucis absoluam. Nam id facinus in primis ego memorabile existimo: sceleris atq; periculi nouitate. De cuius hominis moribus paucis prius explananda sunt: quam initium narrandi faciam.

L Vcius Catilina nobili genere natus fuit: magna ui animi & corporis. Sed ingenio malo prauoq;: huic ab adolescentia bella intestina: caedes: rapinae: discordia ciuilis grata fuere. Ibiq; iuuentutem suam exercuit. Corpus patiens: inediae: algoris: uigiliae: supra quam cuiquam credibile est. Animus audax: subdolus: uarius: cuiuslibet rei simulator ac dissimulator: alieni appetens sui profusus: ardens in cupiditatibus: satis eloquentiae: sapientiae parum. Vastus eius animus immoderata incredibilia nimis semper alta cu

Inc. 238a

1414232

piebat. Hunc post dominationem Lucii Syllæ libido maxima inuaserat. R. Pub. capiundæ ne que id consilium quibus modis assequeretur: dum pararet sibi regnum quicquam pensi habe bat. Agitabatur magis magisq; in dies animus ferox: inopia rei familiaris & conscientia scele rum. Quæ utraq; his artibus auxerat quas supra memoraui. Incitabant præterea corrupti mo res ciuitatis quos pessima: ac diuersa inter se mala: luxuria atq; auaricia uexabant. Res ipsa hor tari me uidetur: quoniam de moribus ciuitatis tempus admonuit supra repetere ac paucis in stituta maiorum domi militiæq; quomodo se. r. p. habuerint: quantamq; reliquerint: ut paula tim immutata: ex pulcherrima atq; optima pessima: atq; flagitiosissima facta sit dissere. Vr bem Romam sicuti ego accepi condidere atq; habuere initio Troiani: qui Aenea duce profu gi sedibus incertis uagabantur. Cumq; his ab Origenes genus hominum agreste: sine legibus: sine imperio: liberum atq; solutum. Hi postq; in una mœnia conuenere dispari genere: dissimi li lingua: alii alio more uiuentes incredibile memoratu est quam facile coaluerint. Sed postquam res eorum ciuilibus moribus agris aucta satis prospera satisque pollens uide batur sicuti plæraque mortalium habentur inuidia ex opulentia: orta est. Igitur reges popu liq; finitimi bello tentare pauci ex amicis auxilio esse: Nam cæteri metu perculsi a periculis a berant. At romani domi: militiæq; intenti festinare: parare alius alium hortari: hostibus obui am ire libertatem patriam parentesq; armis tegere. Post ubi pericula uirtute propulerant: so ciis atq; amicis auxilia portabant: magisq; dandis quam accipiendis beneficiis amicitias para bant. Imperium legitimum nomen imperii: regium habebant. Delecti quibus corpus annis in firmum: ingenium ualidum sapientia erat. r. p. consultabant: hi uel ætate uel curæ similitudi ne patres appellabantur. Post ubi imperium regium quo initio conseruandæ libertatis atq; augendæ reipublicæ fuerat causa: in superbiam dominationemq; se conuertit immutato mo re annua imperia binosq; imperatores sibi fecere. Eoq; modo minime posse putabant per li centiam insolescere animum humanum. Sed ea tempestate cœpere quisq; magis extollere: ma gisq; ingenium in promptum habere. Nam regibus boni quam mali suspectiores sunt: sem perq; his aliena uirtus formidolosa est. Sed ciuitas incredibile memoratu est. Adepta libertate quantum breui tempore creuit tanta cupido gloriæ incesserat. Iam primum iuuentus simul laboris ac belli patiens erat. In castris per laborem usu militiam discebat. Magisque in decoris armis: & militaribus equis quam in scortis atque in conuiuiis libidinem habe bant. Igitur talibus uiris non labor insolitus non locus ullus asper: aut arduus erat: non armatus hostis formidolosus. Virtus omnia domuerat. Sed gloriæ certamen inter ipsos ma ximum erat: sic quisq; hostem ferire: murum ascendere: ab aliis conspici dum tale facinus fa cere properare: eas diuitias esse bonam famam magnamq; nobilitatem putabant. Laudis aui di: pecuniæ liberales erant. Gloriam ingentem: & diuitias honestas uolebant. Memorare pos sem quibus in locis maximas hostium copias populus romanus parua manu fuderit: quas ur bes natura munitas pugnando cœperit: ni ea res longius nos ab incœpto traheret. Sed profe cto fortuna in omni re dominatur. Ea res cunctas ex libidine magisq; ex uero celebrat obscu ratq;. Athenienſium res gestæ sicut ego existimo satis amplæ magnificæq; fuere. Verum ali quanto minores tamen quam fama feruntur. Sed quia prouenere ibi magna scriptorum in genia per terrarum orbem athenienſium facta pro maximis celebrantur. Itaq; eorum qui ea facta fecere uirtus tanta habetur quantum ea uerbis potuere extollere præclara ingenia scrip torum. Sed populo Romano nunq; ea copia scriptorum fuit: quia quisq; prudentissimus ma xime negocio sus erat. Ingenium nemo sine corpore exercebat: optimus quisq; facere quam di cere sua ab aliis benefacta laudari: quam ipse aliorum narrare malebat. Igitur domi militiæq; boni mores colebantur: Concordia maxima: minima auaritia erat. Ius bonumq; apud eos nō legibus magis quam natura ualebat. Iurgia discordia: simultates cum hostibus exercebant: ci ues cum ciuibus de uirtute certabant. In suppliciis deorum magnifici domi parci: in amicos fi deles erant. Duabus his artibus audacia in bello ubi pax euenerat æquitate: seq; remq; publi cam curabant. Quarum rerum ego maxima documenta hæc habebo: quod in bello sæpius uindicatum est meos: qui contra imperium in hostem pugnauerant: quique tardius reuocati prælio excesserant: quam qui signa reliquerant: aut pulsi loco cedere ausi erant. In pace uero beneficiis magisquam metu imperium agitabant: & accepta iniuria ignoscere quam persequi malebant. Sed ubi labore atq; iusticia respublica creuit: reges magni bello domiti nationes fe ræ & populi ingentes ui subacti. Carthago æmula imperii Romani a stirpe iteriit: cuncta ma ria terræq; patebant: sæuire fortuna: ac miscere omnia cœpit. Qui labores pericula dubias at-

que asperas res facile tolerauerant: his otium diuitiæ optandæ a liis oneri miseriæque fuere. Igitur primo pecuniæ deinde imperii cupido creuit ea quasi materies omnium malorum fuere. Nanq; auaritia fidem probitatem cæteraſq; artes bonas subuertit. Pro his superbiam crudelitatem deosq; negligere omnia uænalia habere docuit. Ambitio multos mortales falsos fieri coegit. Aliud clausum in pectore: aliud in lingua promptum habere: amicitias inimicitiasque non ex re sed ex commodo æstimare magisque uultum quam ingenium bonum habere. Hæc primum paulatim crescere interdum uindicari. Post ubi hæc contagio quasi pestilentia inuasit: ciuitas est immutata: imperiū ex iustissimo atq; optimo crudele atq; intolerandumq; factū est. Sed primo magis ambitio: quam auaritia animos hominum exercebat. Quod tamen uitium propius uirtuti erat. Nam gloriam: honorem: imperium: bonus & ignauus æque sibi exoptant. Sed ille uera uia nititur: huic qa bonæ artes desunt dolis atq; falaciis contendit. Auaritia pecuniæ studium habet: quam nemo sapiens concupiuit. Ea quasi uenenis malis imbuta: corpus animumq; uirilem effœminat. Semper infinita & insatiabilis est. Neq; copia neq; inopia minuitur. Sed postq; L. Sylla armis recepta. r. pub. bonis initiis malos euentus habuit: rapere omnes: trahere: alius domum alterius: alius agros cupere: neq; modum: neq; modestiam uictores habere fœda crudeliaq; in ciues facinora facere: huc accedebat quod. L. Sylla exercitū quem in asiam ductauerat: quo sibi fidum acceptumq; faceret contra morem maiorum luxuriose nimisq; liberaliter habuerat. Loca amœna: ac uoluptaria facile in ocio feroces militum animos molliuerant. Ibi primum insueuit exercitus. r. p. amare: portare signa: tabulas pictas: ua sa cælata mirari: ea priuatim & publice rapere delubra spoliare sacra: profanaq; omnia polluere. Igitur hi milites postq; uictoriam adepti sunt nihil reliqui uictis fecere. Quippe secundæ res sapientium animos fatigant: ne dum illi corruptis moribus uictoriæ obtemperarent. Postq; diuitiæ honori esse cœpere: & eas gloria imperium potentia sequebantur: uirtus ebescere pauperтas probro haberi. Innocentia pro maliuolentia duci cœpit. Igitur ex diuitiis iuuentutem luxuria atque auaritia cum superbia inuasere rapere & consumere: sua parui pendere: aliena cupere pudorem: pudicitiam: diuina atq; humana promiscua nihil pensi neq; quicq; moderati habere.

Innocencia pro maluo

Perepreciū est: cum domos atq; uillas cognoueris in urbium modum ædificatas uisere templa deorum: quæ nostri maiores religiosissimi mortales fecere: Verum illi delubra deorum pietate domos suas gloria decorabant. Neq; uictis eripiebant quicq; præter iniuriæ licentiam. At hi contra ignauissimi homines per summum scelus omnia ea sociis adimere: quæ fortissimi uiri uictores hostibus reliquerāt: proinde quasi iniuriam facere: id demum esset imperio uti. Nam quid ea memorem: quæ nisi his qui uidere nemini credibilia sunt (a priuatis compluribus subuersos montes maria constrata esse: quibus mihi uidentur ludibrio fuisse diuitiæ: quippe quas honeste habere licebat: abuti per turpitudinem properabant. Sed libido stupri: ganeæ: cæteriq; cultus non minor incesserat: uiros muliebria pati: mulieres pudicitiam in propatulo habere. Vescendi causa terra: mariq; omnia exquirere: dormire priusq; somni cupido esset: non famem: non sitim: neq; frigus neq; lassitudinem operiri. Sed ea omnia luxu antecapere. Hæc omnia iuuentutem ubi familiares opes defecerāt ad facinora incendebant: Animus imbutus malis artibus haud facile libidinibus carebat. Eo profusius omnibus modis quæstui atq; sumptui deditus erat. In tanta igitur & tam corrupta ciuitate. Catilina existimans id quod erat facillimum factu omnium flagitiosorum & facinorosorum circum se tanq; stipatorum cateruas habebat. Nam quicunq; impudicus: adulter: ganeo: alea: manu uentre: pœne bona patria lacerauerat: quique alienum æs grande conflauerat: quo flagitium aut facinus redimeret. Præterea omnes undiq; parricidæ: sacrilegi: conuicti iudiciis: aut pro factis iudicium timentes ad hoc quos manus atq; lingua periurio aut sanguine ciuili alebat. Postremo omnes quos flagitium: egestas conscius animus exagitabat: hi Catilinæ proximi & familiares erant: Quod si quis etiam uacuus a culpa in amicitiam eius incidebat quottidiano usu atq; illecebris facile par similisq; cæteris efficiebatur. Sed maxime appetebat adolescentium familiaritates eorum animi molles & ætate fluxi dolis haud difficulter capiebantur. Nam ut cuiusq; studium ex ætate flagrabat: aliis scorta præbere: aliis canes atq; equos mercari: postremo neq; sumptui: neq; modestiæ suæ parcere dum illos obnoxios fidosq; habebat.

que sibi faceret. Scio fuisse nonnullos qui ita existimarent iuuentutem: quæ domum Catili-
næ frequentabat: parum honeste pudicitiam habuisse: sed ex aliis rebus magis quam quod
cuiquam id foret compertum hæc fama uelebat. Iam primum Catilina adolescens multa ne-
fanda stupra fecerat cum uirgine nobili: cum sacerdote deæ Vestæ alia huiusmodi contra ius
fasq;. Postremum captus amore aureliæ orestillæ cuius præter formam nihil unquam lauda-
uit bonus: quod ea nubere illi dubitabat: timens priuignum adultum ætate pro certo creditur
necato filio uacuam domum scelestis nuptiis fecisse. Quæ quidem res mihi in primis uidetur
fuisse causa facinoris maturandi. Nanq; animus ipius: diis: hominibusq; infestus: neq; uigiliis
neq; quietibus sedari poterat: ita conscientia mentem excitatam uastabat. Igitur color eius exa-
guis: fœdi oculi: citus modo: modo tardus incessus prorsus in facie uultuq; uecordia inerat.
Sed iuuētuté quā ut supra diximus illuserat multis modis mala facinora edocebat. Ex illis te
stes: signatoresq; falsos commodare: fidem: fortunas pericula uilia habere. Post ubi famam eo
rum atq; pudorem attriuerat maiora alia imperabat. Si causa peccandi in præsens minus sup-
petebat: nihilominus insontes sicuti sontes circunuenire uigilare scilicet ne per ocium torpe-
sceret manus aut animus gratuito potius malus atq; crudelis erat.

Catilinaria pestis

Charactensmus

His amicis sociisq; confisus Catilina: simulq; æs alienum per omnes terras persoluē
dum ingens erat: & quod plæriq; syllani milites largius suo usi: rapinarum & ui-
ctoriæ ueteris memores ciuile bellum exoptabant opprimendæ reipublicæ consi-
liū cœpit. In italia nullus exercitus erat. Gn. Pōpeius in extrēis terris bellū gerebat
Ipsi consulatum petendi magna spes. Senatus nihil sane intentus tute tranquilleq; res omnes.
Sed ea omnia prorsus opportuna Catilinæ erant. Igitur circiter calen. iunias. L. Cæsare & C.
Figulo consulibus primo singulos appellare: hortari alios: alios tentare opes suas: imparatam
rempublicam magna premia coniurationis docere. ubi satis explorata sunt quæ uoluit in unū
omnes conuocat: quibus maxima necessitudo & plurimum audaciæ inerat: eo conuenere se-
natorii ordinis. P. Lentulus sura. P. Antonius. L. Cassius longinus. G. Cethegus. P. Seruius syl-
læ seruii filius. L. Vargunteius: Qu. Anius. M. Portius lecca. L. Bestia. Qu. Curius. Præterea ex
equestri ordine. M. Fului nobilior. L. Statilius. P. G. Capito. C. Cor. ad hoc multi ex colonis &
municipiis qui domi & militiæ nobiles erant. Præterea complures paulo occultius consilii hu
iuscemodi participes nobiles: quos magis spes dōinationis hortabatur: quam inopia: aut alia
necessitudo. Cæterum iuuentus plæraq;: sed maxime nobilium Catilinæ incœptis fauebant.
Quibus in ocio uel magnifice uel molliter uiuere copia erat: incerta pro certis: bellum quam
pacem malebant: fuere ea tempestate item qui crederent. M. Licinium crassum non ignarum
eius consilii fuisse: quia. G. P. inuisus ipsi magnum exercitum ductabat: cuius uis opes uoluis-
se contra illius potentiam crescere: simul confisum si coniuratio ualuisset: facile apud illos pri
cipem se fore. Sed antea item pauci coniurauere contra. r. p. in quibus Catilina fuit de quo q̄
ueriſſime potero dicam. L. Tullio & M. Lepido consulibus. P. Antonius. P. Sylla designati cō
sules. legibus ambitus interrogati pœnas dederant. Post paulo Catilina pecuniarum repetun-
darum reus prohibitus erat consulatum petere: quod intra legetimos dies profiteri nequiue-
rit. Erat Gn. Piso eodem tempore adolescens nobilis: summæ audaciæ: egenus factiosus. Qué
ad perturbandam. r. p. inopia atq; mali mores stimulabant. Cum hoc Catilina & antonius cir
citer nonas decembris consilio communicato parabant in capitolio: calen. ianu. L. Cottam &
L. Torquatum consules interficere. Ipsi correptis fascibus Pisonem cum exercitu ad optinen-
das duas Hispanias mittere. Ea re cognita rursus in nonas februarias consilium cædis transtu
lerunt. Iam tunc non consulibus modo: sed plæriscp senatoribus perniciem machinabantur:
quod nisi Catilina maturasset pro curia signum dare sociis. Eo die post conditam urbem. Ro
mam tam pessimum facinus patratum foret. quia nondum frequentes armati conuene-
rant. Ea res consilium diremit: postea Piso in citeriorem Hispaniam quæstor pro-prætore mis
sus est adnitente Marco Crasso: quod eum infestum inimicumq; Cn. Pompeio congnouerat.
Neque enim senatus prouinciam inuitus dederat: quippe fœdum hominem a republica
procul esse uolebat & simul quia boni complures præsidium in eo putabant. Etiam tunc
potentia. Cn. P. formidolosa erat. Sed his piso in prouincia ab equitibus Hispanis quos in exer

citu ductabat iter faciens occisus est. Sunt qui ita dicunt imperia eius iniusta: superba crudelia barbaros nequiuisse pati: alii autem equites illos. Gn. Pompeii ueteres fidosq; clientes ex uolũtate eius pisonem agressos: nunq; hispanos præterea tale facinus fecisse: sed imperia scæua multa ante perpessos. Nos eam rem in medio relinquimus.

DE SVPERIORI CONIVRATIONE SATIS EST DICTVM.

CAtilina ubi eos quos pauloante commemoraui conuenisse uidet: tametsi cum singulis multa sæpe egerat: tamen in rem fore credens uniuersos appellare & cohortari in abditam partem ædium secedit: atq; ibi omnibus arbitris procul amotis: oratiõem huiuscemodi habuit. Ni uirtus fidesq; uestra satis spectata mihi foret: neq; qq̃ opportuna res accidisset: Spes magna dominationis in manibus frustra fuisset: neq; ego per ignauiam aut uana ingenia pro certis incerta captarem. Sed quia multis & magnis tempestatibus uos cognoui fortes fidosq; mihi: eo animus est ausus maximum atq; pulcherrimum facinus incipere simul quia uobis eademq; mihi bona malaq; esse intellexi. Nam idem uelle atque idem nolle ea demum firma amicitia est. Sed ego quæ animo atq; mente agitaui omnes iam a me diuersi audistis. Cæterum mihi in dies magis magisq; animus accenditur: cum considero quæ conditio uitæ futura sit: nisi nos metipsos uendicemus in libertatem. Nam postq̃ R. Publi. in paucorum potentiam ius atque ditionem concessit: uel accessit semper illis reges Tetrarchæ: uectigales: esse populi nationes: stipendia pẽdere cæteri omnes boni atq; strenui. nobiles atq; ignobiles uulgus fuimus sine gratia: sine auctoritate his obnoxii: quibus si. R. Publi. ualeret formidini essemus. Itaque omnis gratia potentia honos diuitiæ apud illos sunt: aut ubi illi uolunt. Nobis reliquere repulsis: pericula iudicia egestatem. Quæ quousque tandem patiemini o fortissimi uiri: nonne emori per uirtutem præstat: q̃ uitam miseram atque inhonestam: ubi alienæ superbiæ ludibrio fueritis: per dedecus amittere? Verum enim uero per deum atque hominum fidem testor uictoria in manu nobis est: uiget ætas: animus ualet. contrà illis annis atque diuitiis omnia consenuere. Tantummodo incepto opus est. Cætera res ipsa expediet: etenim quis mortalium cui uirile ingenium est tollerare potest illis diuitias superare quas profundant in extruendo mari & in montibus coæquandis? Nobis rem familiarem rem etiam ad necessaria deesse. Illos binas aut amplius continuare domos: nobis larem familiarem nusq̃ ullum esse. Cum tabulas: signa: torreumata emunt: noua diruũt alia ædificant. Postremo omnibus modis pecuniam trahunt uexant: tamen summa libidine diuitias suas nequeunt uincere. At nobis domi inopia foris æs alienum. Mala res: spes multo asperior: denique quid reliqui habemus præter miseram animam? Quin igitur expergiscimini & capessite rempublicam: en illa libertas quam sæpe optastis. Præterea diuitiæ: decus: gloria in oculis sita sunt: Fortuna ea omnia uictoribus præmia posuit. Res: tempus: pericula: egestas: belli spolia magnifica: magis q̃ oratio mea uos hortentur: uel imperatore uel milite me utimini. Neq; animus: neque corpus a uobis aberit. Hæc ipsa ut spero uobiscum una consul agam: nisi forte animus fallit me: & uos seruire magis q̃ imperare parati estis. Postq̃ accepere ea omnes quibus mala abunde erant omnia: sed neque res: neq; spes bona ulla tametsi illis qui & amouere rempublicam: magna merces uidebatur: tamen postulauere plærique ut proponeret quæ cõditio belli foret: quæ præmia armis peterent: quid ubique opis: aut spei haberẽt. Tum Catilina polliceri cœpit tabulas nouas: proscriptionem locupletum: magistratus: sacerdotia: rapinas: alia omnia quæ bellum atque libido uictorum fert. Præterea esse i hispania citeriore. G. pisonem in mauritania cum exercitu. P. scithium nucerinum consilii sui participes petere cõsulatum: & Antonium quẽ sibi collegam fore speraret: hominem familiarem & omnibus necessitudinibus circunuentum: cum eo se consulem initium agendi facturum: ad hæc maledictis increpabat omnes bonos. Suorum unũquemq; bene nominans laudabat admonebat: alium egestatis: alium cupiditatis suæ: complures periculi: aut ignominiæ suæ: multos uictoriæ syllanæ: q bus ea prædæ fuerant postq̃ omnium animos alacres uidet: cohortatus ut petitionẽ suã curæ haberent: conuentum dimisit. Fuere ea tempestate qui dicerent Catilinam oratione habita: eum ad iusiurandum populares sceleris sui adiiceret: humani corporis sanguinẽ uino pmixtũ

in pateris circuntuliſſe.Inde cum poſt execrationem omnes dēguſtaſſent:ſicuti in ſolennibus ſacris fieri conſueuit:aperuiſſe conſilium ſuum:atq; eo dictante feciſſe quo fidi magis forēt inter ſe:alius alii tanti facinoris conſcii.Nonnulli facta hæc:& multa præterea exiſtimabant eſſe ab his qui Ciceronis inuidiam quæ poſtea orta eſt:leniri credebant atrocitate ſceleris eorū qui pœnas dederant.Nobis ea res pro magnitudine parum comperta eſt.Sed in ea coniuratione fuit Quintus Curius natus haud non obſcuro loco flagitiis atq; facinoribus coopertus: quē cenſores a Senatu probri gratia amouerant.Huic homini non minor uanitas inerat q̄ audacia neq; reticere quæ audierat:neq; ſuamet ipſa ſcelera ocultare.Prorſus neq; dicere neq; facere:quicq̄ pēſi habebat. Erat ei cum Fuluia muliere nobili ſtupri uetus conſuetudo:cui cum minus eſſet gratus:quia inopia minus largiri poterat repente glorians ex coniuratione maria monteſq; polliceri cœpit:minari interdū ferro niſi ſibi obnoxia foret:poſtremo ferocius agitare q̄ erat ſolitus:at Fuluia inſolentia curii cauſa cognita tale periculū. R. P. haud occultum habuit.Sed ſublato auctore de Catilinæ coniuratione quæq; quomodo audierat q̄ pluribus narauit. Ea resin primis ſtudia hominum accendit:ad conſulatum mandandū.M.T. Ciceroni.Nanq; ante plæraq; nobilitas inuidia æſtuabat & quaſi pollui conſulatum credebat:ſi eum q̄uis egregius homo nouus adeptus foret.Sed ubi periculū aduenit inuidia atq; ſuperbia poſt fuere.Igitur comitiis habitis conſules declarantur.M.Tullius &.Gn.A.Quod factum primo populares coniurationis concuſſerat.Neq; tamen Catilinæ furor minuebatur:ſed in dies plura agitare arma per Italiam opportunis locis parare:pecuniam ſuam:aut amicorum fide ſumptam mutuo feſulas ad mālium quendam portare:qui poſtea princeps fuit belli faciundi.Ea tempeſtate plurimos cuiuſq; generis homines aſciuiſſe ſibi dicitur.Mulieres etiam aliquot: q̄ primo ingentes tollerauerant ſumptus ſtupro corporis.Poſt ubi ætas tantūmodo quæſtui neque luxuriæ modum fecerat æs alienum grande conflauerant:per eas ſe Catilina credebat poſſe ſeruitia urbana ſolicitare. Vrbem incendere:uiros earum uel adiungere ſibi uel interficere: ſed in his erat Sempronia quæ multa ſæpe uirilis audaciæ facinora commiſerat. Hæc mulier genere atq; forma:præterea uiro ac liberis ſatis fortunata fuit:litteris græcis & latinis docta: pſallere & ſaltare elegantius q̄ neceſſe eſt probæ mulieri:& multa alia quæ inſtrumenta luxuriæ ſunt:ſed ei cariora ſemper omnia q̄ decus & pudititia fuere.Pecuniæ an famæ minus parceret haud facile diſcerneres:libidine ſic accenſa:ut ſæpius peteret uiros q̄ peteretur:ſed ſæpe ante hac fidem prodiderat:creditum ſibi abiurauerat:cædis conſcia fuerat luxuria atq; inopia præceps abierat. Verum ingenium eius non abſurdum erat poſſe uerſus facere:iocos mouere: ſermone uti uel modeſto uel moli uel procaci.Prorſus multæ faceciæ multuſq; lepos inerat. His rebus compertis Catilina nihilominus in proximum annum conſulatum petebat.Sperās ſi deſignatus foret facile ſe ex uoluntate Antonio uſurum.Neq; interea quietus erat ſed omnibus modis inſidias parabat Ciceroni.Neq; illi tamen ad cauendum dolus aut aſtutiæ deerant. Namq; a principio conſulatus ſui multa pollicendo:per fuluiam effecerat: utQu. Curius de quo pauloante memoraui conſilia Catilinæ ſibi proderet.Ad hoc collegam ſuum Antonium pactione prouinciæ propulerat:ne contra.R.P.ſentiret circum ſe præſidia amicorum atq; oli entum occulte habebat.Poſtq̄ dies comitiorum ueniā:& Catilinæ neq; petitiones neq; inſidiæ quas conſuli fecerat proſpere ceſſere:conſtituit facere bellum & extrema omnia experiri: quoniam quæ occultæ tentauerat aſpera fædaq; euenerāt:Igitur.C.Manlium feſulas:atq; in eam partem hetruriæ ſeptimum quendam carmetem:in agrum picenum. C.Iulium ī apuliam miſit:præterea alium alio quem ubiq; opportunum ſibi fore credebat.Interea Romæ multa ſimul moliri conſuli inſidias tendere parare incendia oportuna loca armatis hominibus obſidere.Ipſe cum telo eſſe.Item alios iubere hortari uti ſemper intēti paratiq; eſſent dies noctesque feſtinare:uigilare:neq; in ſomnis neq; labore fatigari.Poſtremo ubi multa agitanti nihil procedit:rurſus ī tempeſta nocte prīcipes coniurationis prouocat per.M.Portium leccam:ibique multa de ignauia eorum queſtus docet ſe ad eam multitudinem Manlium præmiſiſſe: quam ad capienda arma parauerat.Item alios in alia loca opportuna qui initium belli faceret: ſeque docet ad exercitum proficiſci cupere ſi prius Ciceronem oppreſſiſſet:eum conſiliis ſuis multum officere.Igitur perterritis ac dubitantibus cæteris.G.Cornelius eques Ro.operā ſuā pollicitus:& cū eo.L.uargūteus ſenator conſtituere ea nocte paulopoſt cū armatis hominibuſ ſicuti ſalutatū introiſ ad Ciceroné ac de īprouiſo domi ſuæ īparatū cōfodere:Curius ubi itel ligit quantū periculi tullio conſuli impendeat:propere p fuluiam Cicerōi dolū q parabat ēnū

tiat:ita illi ianua prohibiti tantum facinus frustra susceperant.Interea manlius i Hetruria ple
bem solicitare egestate simul ac doloꝝ iniuriæ nouaꝫ rerum cupidam:quodꝫ syllæ dominatio
ne agros bonaꝫ oia amiserat.Præterea latrones cuiusꝫ generis:quoꝫ in ea regiõe magna co
pia erat:non nullos ex syllanis colonis quibus libido atꝫ luxuria ex magnis rapinis nihil reli
qui fecerant.Ea cum ciceroni nuntiarentur ancipiti malo permotus:quod neꝫ urbẽ ab insi
diis priuato consilio longius tueri poterat:neꝫ exercitus manlii quantus aut quo consilio fo
ret satis compertum habeat:rem ad senatum refert iam antea uulgi rumoribus exagitatã: Ita
que quod plærũꝫ in atroci negotio solet fieri senatus decreuit:ut darent operam consules ne
quid.R.P.detrimenti caperet.Et potestas per senatum more romano:magistratui maxima p
mittitur exercitum parare:bellum gerere:coercere:omnibus modis socios atque ciues. Domi
militiæꝫ imperiũ atꝫ iudicium summum habere:aliter sine iussu populi nulli earum rerum
consuli ius est.Post paucos dies.L.senius senator in senatu litteras recitauit:quas fesulis alla
tas sibi dicebat:in quibus scriptum erat.C.málium arma cæpisse cum magna multitudine an
te diem. vi.calen.nouembris:simul id quod in tali re fieri solet:alii portenta:atꝫ prodigia nũ
ciabant:alii cõuentus fieri arma portari capuæ atꝫ i apulia seruile bellũ moueri.Igitur ex sena
tus decreto:Qu.M.rex fesulas:Qu.Metel.creticus in apuliam.circunꝫ ea loca missi sunt:nan
que utriꝫ ad urbem imperatores erant impediti:ne triumpharent calumnia paucoꝝ quibus
omnia honesta & inhonesta uendere mors erat:sed prætores.Qu.P.rufus capuã missus: Qu.
Metellus celer in agrum picenum.Hiscꝫ permissũ uti pro tempore atꝫ periculo exercitũ cõ
pararẽt .Ad hoc siquis indicauisset de coniuratione quæ contra rẽpublicam facta erat premiũ
decreuere seruo libertatẽ &.C.sextertia.Et senatusscõsulto libero ipunitatem eius rei:& ducen
ta milia sestertia.Itemꝫ decreuere:uti gladiatoriæ familiæ capuam & in cætera municipia di
stribuerentur pro cuiusque opibus.romæ per totã urbem uigiliæ habentur iisque minores
magistratus præessent.Quibus rebus permota ciuitas:atꝫ immutata urbis facies erat: ex sũ
ma lætitia atꝫ lasciuia quæ diuturna quies peperat:repente omnis tristitia inuasit:festinare
trepidare:neꝫ loco :neꝫ homini cuiq̃ magis credere:neꝫ bellum gerere:neꝫ pacem habere:
suo quisꝫ metu sua pericula metiri.Ad hoc mulieres quibus reipublicæ magnitudine belli ti
mor insolitus incesserat:afflictare sese:manus suplices ad cælum tendere:misereri paruos libe
ros rogitare deos:omnia pauere superbia atꝫ deliciis omissis:sibi patriæ diffidere.At Catilinæ
crudelis animus eadem illa mouebat tametsi præsidia parabantur.Et ipse lege plautia interro
gatus erat ab.L.Paulo.Postremo dissimulandi causa:aut sui expurgandi sicut iurgio lacessitus
foret in senatũ uenit:tũ.M.T.consul:siue timens præsentiam:siue commotus ira: orationem
habuit luculentam:atꝫ utilem reipu.quam postea edidit scriptam.sed ubi ille assedit Catilina
ut erat paratus ad dissimnlanda omnia:demisso uultu uoce supplici postulare patribus cœpit
ne quid de sẽ temere crederent:ea familia ortum:ita se ab adolescentia dicebat uitam instituis
se:ut omnia bona in spe haberent.Ne existimarent sibi patricio homini:cuius ipsius:atꝫ ma
ioꝝ plurima beneficia in plebem:Ro.essent perdita reip:opus esse cum eam seruaret.M.T.in
quilinus ciuis urbis Ro.ad hæc maledicta alia cum adderet obstrepere omnes:hostem & pari
cidam uocare.Tum ille furibundus inquit:quando quidem ego circumuentus ab inimicis p
ceps agor incendium meum ruina uestra extinguam.Deinde se ex curia domũ proripuit. Ibi
multa secum uoluens:quod neꝫ insidiæ consuli procedebant & ab incendio intelligebat ur
bem uigiliis munitam:optimũ factu credens exercitum augere.ac prius q̃ legiones scriberen
tur:multa loca antecapere quæ bello usui forent.Nocte intempesta cũ paucis in máliana ca
stra prospectus est.Sed cethegõ:atꝫ lentulo cæterisꝫ quoꝝ cognouerat promptam audaciã
mandat:quibus rebus possent opes factiones confirment. insidias consuli maturent:cædem:
incendia:aliaꝫ belli facinora parent:sese propediem cum magno exercitu ad urbem accessu
rum . Dum hæc romæ geruntur ,C. Manlius ex suo numero legatos ad. Qu.Martium re
gẽ mittit:cũ mãdatis huiuscemodi.Deos hoiesꝫ testamur ipator nos arma neꝫ cõtra patriã
cœpisse neꝫ quo periculũ aliis faceremus:sed uti corpa nostra ab iniuria tuta forent:q miseri
egentes:uiolentia atꝫ crudelitate Senatorum:plæriꝫ expulsi patria:sed omnes fama atꝫ for
tuna expertes sumus . Neque cuiq̃ nostrum licuit:more maiorum lege uti neꝫ amisso patri
monio liberum corpus habere:tanta sæuitia senatorum atꝫ prætoris fuit.Sæpe maiores no
stri miserti plebis romanæ decretis suis inopiæ eius opitulati sunt ac nouissime meoria nra p
pter magnitudinẽ æris alieni:uolentibus oibus bonis argentũ cõmuni ære solutũ e.Sæpe ipa

Trepidatio facta.

plebs aut dominandi studio permota aut superbia magistratuum: armata a patribus secessit.
At nos non imperium neq; diuitias petimus: quarum rerum causa bella atq; certamina omnia
iter mortales sunt: sed libertatem petimus quam nemo bonus nisi cum anima simul amittit.
Te atq; senatum obtestamur: ut consulatis miseris ciuibus: legis præsidium quod iniquitas p-
toris eripuit restituatis: neue nobis eam necessitudinem imponatis: ut quæramus quonã mo-
do maxime ulti sanguinem nostrum pereamus. Ad hæc Qu. M. respondit si quid ab senatu
petere uellent: ab armis discedant: Romam supplices proficiscantur. Ea mansuetudine atq; mi
sericordia dicit senatum. R. P. semper fuisse: ut nemo unq; frustra ab eo petiuerit auxilium. At
Catilina ex itinere plærisq; cõsularibus præterea cuiq; optimo litteras mittit: se dicebat falsis
criminibus circunuentum quoniam factioni inimicorum resistere nequiuerit: fortunæ cede-
re. Massiliam in exilium proficisci non quo sibi tanti sceleris esset conscius. Sed uti. R. P. quie
ta foret ne ue ex sua contentione seditio oriretur: Ab his longe diuersas litteras. Qu. Catullus
in senatu recitauit: quas sibi nomine Catilinæ redditas dicebat. Earum exemplum infrascriptũ
est. L. Catilina salutem. Qu. Catullo. Egregia tua fides re cognita gratia mihi magis i meis pe-
riculis: fiduciam commendationi meæ tribuit. Quam obrem defensionem in nouo consilio
non statui parare: satisfactionem ex nulla conscientia de culpa: proponere decreui: quam me
diusfidius uera licet uerã cognoscas injuriis contumeliisq; concitatus: quod fructu laboris in-
dustriæq; meæ priuatus statum dignitatis non obtinebam publicam miserorum causam pro
mea consuetudine suscepi: Non quia æs alienum meis nominibus ex possessionibus sumptũ
soluere non possem: cum & alienis nominibus liberalitas horestillæ suis filiæq; copiis perfol-
ueret: sed quod nõ dignos homines honore honestatos uidebam: neq; falsa suspitione aliena
tum esse sentiebam: hoc nomine satis honestas pro meo casu spes reliquæ dignitatis conseruã
dæ sum secutus. Plura cum uellem scribere nunciatum est mihi parari uim. Nunc Horestillã
commendo tuæq; fidei trado eam ab iniuriis defendas per liberos tuos rogatus aueto. Sed ipe
pauços dies commoratus apud. C. Flamineum in agro aretino: dum uicinitatem armis antea
solicitatam exornat: cum fascibus atq; aliis imperii insignibus: in castra ad Mallium cõtendit.
Hæc ubi Romæ comperta sunt: senatus Catilinam: & Mallium hostes iudicat. Cæteræ multi
tudini diem statuit: anteq; sine fraude liceret: ab armis discedere præter rerum capitalium con
demnatis præterea decernit uti consules delectum habeant: Antonius cum exercitu Catilinã
prosequi maturet Cicero urbi præsidio sit ea tempestate mihi imperium. P. R. multo maxime
miserabile uisum est. Cui cũ ad occasum ab ortu solis oia domita armis parerent: domi oci-
um atq; diuitiæ quæ prima mortales putant affluerent: fuere tamen ciues: qui seq; R. P. obsti-
natis animis perditum irent. Nãq; duobus senatus decretis ex tanta multitudine neq; præmio
inductus coniurationem patefecerat neq; ex castris Catilinæ quisq; hominum discesserat. Tan
ta uis morbi atq; uti tabes plæroscq; ciuium animos inuaserat. Neq; solum illis aliéa mens erat
qui conscii coniurationis fuerant. Sed omnino cuncta plebs nouarum rerum studio Catilinæ
incepta probabat. Id adeo suo more uidebatur facere. Nam semper in ciuitate fuere homines
in quibus opes nullæ sunt: bonis inuident: malos extollunt: uetera odere: noua exoptãt: odio
suarum rerum mutari omnia student. Turba atq; seditionibus sine cura aluntur: quoniam e-
gestas facile habetur sine damno. Sed urbana plebs ea uero præceps erat multis de causis:
primum omninm qui ubique probro atque petulantia maxime præstabant. Item alii qui
per dedecora amissis patrimoniis. Postremo omnes quos flagitium aut facinus domo expule
rat: hi Romã sicut aqua in sentinam confluxerant. Deinde multi erant memores Syllanæ ui-
ctoriæ: quod ex gregariis militibus alios senatores uidebãt: alios ita diuites: ut regio uictu atq;
cultu uitam agerent: sibi quisq; si in armis foret ex uictoria talia sperabãt. Præterea iuuentus:
quæ in agris manuũ mercede inopiam tollerauerat priuatis atque publicis largitiõibus excita
urbanũ ocium ingrato labori prætulerat. Eos atque alios omnes malũ publicum alebat. Quo
minus mirandũ est hoies egentes: malis moribus maxia spe. R. P. iurta ac sibi consuluisse: Præ
terea quoq; uictoria Syllæ pscripti parẽtes & bona erepta & ius libertatis iminutũ erat: haud
sane alio aio belli euentũ expectabant. Ad hoc qcunq; aliaq; partiũ atq; senatus erant: contur
bari répu. quã minus ualere ipsi malebant. Ideo malũ pristinũ multos post ános in ciuitate re
uerterat. Nã postq; Cn. Põpeio &. M. Crasso cõsulibus tribũitia ptãs restituta é: hoies adolescé-
tes sũmã ptãtẽ nacti qbus ætas aiuscq ferox erat: cœpe senatũ criminãdo plebẽ exagitare: deide
largiẽdo atq; pollicẽdo magis ícendere ita ipi clari potẽtesq; fieri. Cõtra eos sũma ope nitebat.
pleraq; nobilitas ſeatus ſpé p sua magnitudie. Nãq; uti pacis uel absoluã post illa tpa qcũq; r.

P. agitauere honestis nominibus alii sicuti populi iura defenderent pars quo senatus auctoritas maxima foret: bonum publicum simulantes: pro sua quisq; potētia certabāt. Neq; illis modestia: neq; modus contentionis erat. Vtriq; uictoriam crudeliter exercebant. Sed postq̄ Cn. Pompeius ad bellum maritimum: atq; mithridaticum missus est: plæbis opes immutatæ: paucorum potentia creuit. Hi magistratus: prouincias: aliaq; omnia tenere: ipsi innoxii florentes sine metu ætatem agere: Cæteroscq; iudiciis terrere: quo plæbem in magistratu placidius tractarent. Sed ubi primum dubiis rebus nouandis spes oblata est: uetus certamen animos eorum arrexit. Quod si primo prælio Catilina superior aut æqua manu discessisset: profecto magna clades atq; calamitas r. p. oppressisset: Neq; illis qui uictoriam adepti forent diutius ea uti licuisset: quin defessis & exanguibus: qui plus posset imperium atq; libertatem extorqueret: fuere tamen extra coniurationem complures: qui ad Catilinam in initio profecti sunt. In his erat Fuluius senatoris filius: quem retractum ex itinere parens necari iussit. Iisdem temporibus Romæ Lentulus sicuti Catilina præceperat: quoscunq; moribus aut fortuna nouis rebus idoneos esse credebat: aut per se aut per alios sollicitabat. Neq; solum ciues: sed cuiuscūq; modi genus hominum quod modo bello usui foret. Igitur. P. Vmbreno cuidam negocium dat ut legatos allobrogum requirat: eosq; si posset impellat ad societatem belli: existimās publice priuatimq; ære alieno oppressos. Præterea quod natura gens gallica bellicosa esset. Facile eos ad tale consilium adduci posse. Vmbrenus qui in gallia negociatus erat: plærisq; consulibus ciuitatum notus erat: atq; eos nouerat. Itaq; sine mora ubi primum legatos in foro conspexit: percontatus pauca de statu ciuitatis: & quasi dolens eius causam: requirere cœpit: quem exitū tantis malis sperarent. Postq̄ illos uidet quæri de auaricia magistratuum accusare Senatum: quod in eo nihil auxilii esset suis miseriis remedium expectare mortem. At ego inquit ostendam uobis rationem si modo uiri esse uultis: qua tanta mala ista effugiatis. Hæc ut dixit allobroges in maximam spem adducti Vmbrenum orare: ut sui misereretur: nil tam asperum: nil tam difficile esse quod non cupidissime facturi essent. Dum ea res ære alieno ciuitatem liberaret. Ille eos ī domum. D. Bruti perducit: quod foro propinqua erat: neq; aliena consilii propter semproniam. Nam tum Brutus Roma aberat: præterea Gabinium accersit: quo maior auctoritas suo sermoni inesset: Eo præsente coniurationem aperit nominat socios præterea multos cuiusq; generis innoxios: quo legatis animus amplior esset. Denicq; eos pollicitos operam suam domum dimittit. Sed Allobroges diu in incerto habuere quidnam consilii caperent. In altera parte erat æs alienum: studium belli: magna merces in spe uictoriæ atq; in altera maiores opes: tuta consilia pro incerta spe certa premia. Hæc igitur illis uoluentibus tandem fortuna uicit. p. r. Itaq; Q. Fabio sange: cuius patrocinio ciuitas plurimum utebatur rem omnem uti cognouerant aperiunt. Ci. per sangam consilio cognito legatis præcepit: ut studium coniurationis uæhementer simulent: cæteros adeant: bene polliceantur. Dentq; operam uti eos quam maxime manifestos habeant. Hisdem fere temporibus in gallia citeriore atq; ulteriore. Item ī agro piceno brutia: apulia motus erat. Nanq; illi quos ante Catilina dimiserat: incōsulte ac ueluti per dementiam cuncta simul agebant nocturnis consiliis armorum tælorum portationibus festinando exagitando omnia plus timoris quam periculi effecerant. Ex eo numero complures. Q. Metellus celer prætor ex sociis Catilinæ causa cognita in uincula coniecerat. Item in citeriore gallia. C. Murena: qui ei prouinciæ legatus præerat. At Romæ Lentulus cum cæteris: qui principes coniurationis erant. Paratus ut uidebatur magnis copiis constituerat: uti cum Catilina in agrum fexulanum cum exercitu ueniisset. L. Bestia. Tri. Ple. contione habita conquereretur de actionibus Ciceronis belliq; grauissimam inuidiam optimo consilii īponeret. Eo signo proxima nocte cætera multitudo coniurationis suum quisq; negocium exequeretur: sed ea diuisa hoc modo dicebantur. Statilius & Gabinius uti cum magna manu duodecim simul opportuna loca urbis incenderent: quo tumultu facilior aditus ad consulem cæteroscq; quibus insidiæ parabantur fieret. Cethegus Ciceronis ianuam obsideret. Eumq; ui aggrederetur. Alius autem alium. Sed filii familiarū: quorum ex nobilitate maxima pars erat: parentes interficerent simul cæde & incendio perculsis oībus ad Catilinā erūperent. Inter hæc parata atq; decreta Cethegus semper querebatur de ignauia sociorum illos dubitando: & dies prolatando magnas opportunitates corrumpere: facto non consulto in tali periculo opus esse: seq; si pauci adiuuarent languentibus aliis impetum in curia factuꝝ. Natura ferox. uæhemens: manu promptus erat: maximū bonū in celeritate putabat. Sed Allobroges ex præcepto Ciceronis per Gabinium cæteros conueniunt. Ab Lenulo Cethego: Statilio item Cassio po

stulant iusiurandum: quod signatum ad ciues perferant. aliter haud facile eos ad tantum negocium impelsi posse. Cæteri nihil suspicantes dant. Cassius semet eo uenturum breui tempore pollicebatur: ac pauloante legatos ex urbe proficiscitur. Lentulus cum his titum Vulturtium quendam crotonienſem mittit: ut Allobroges priusq; domum pergerent cum Catilina data atque accepta fide societatem confirmarent. Ipse Vulturtio litteras ad Catilinam dat: quarum exemplum infrascriptum est.

QVi sim ex eo quem ad te misi cognosces: fac cogites in quanta calamitate sis: & memineris te uirum esse. Consideres quid tuæ rationes postulent auxilium petas ab oibus etiã ab infimis. Ad hæc mãdata uerbis dat: cũ ab senatu hostis iudicatus sit: quo consilio seruitia repudiet. In urbe parata esse omnia quæ iusserat: ne cunctet ipse propius accedere. His rebus ita actis constituta nocte qua proficiscerentur. Cicero per legatos cuncta doctus. L. Valerio Flacco: &. C. Promptinio prætoribus imperat: ut ponte milicio per insidias: Alobrogum comitatus deprehendant. Rem omnem aperit: cuius gratia mittebantur. cætera uti facto opus sit: ita agant: & permittit illis homines militares sine tumultu: præsidiis collocatis: sicuti præceptum erat: occulte pontem obsiderent. Postq; ad id loci legati cum Vulturcio uenerunt: & simul utriq; clamor exortus est: galli cito cognito cõsilio sine mora prætoribus se tradunt. Vulturtius primo cohortatus cæteros gladio se a multitudine defendit. Deinde ubi a legatis desertus est: multa prius de salute sua. Promptinium obtestatus quod ei notus erat. postremo timidus ac uitæ diffidens uelut hostibus sese prætoribus tradit. Quibus rebus confectis: omnia per nuntios prope consuli declarantur. At illum ingens cura atq; lætitia simul occupauere. Nam lætabatur intelligens coniuratiõe patefacta ciuitatem i periculis ereptam esse. Porro autem anxius erat: dubitans in maximo scelere tantis ciuibus deprehẽsis quid facto opus esset: pœnam illorum sibi oneri: impunitatem perdundæ: r. pu. fore credebat. Igitur confirmato animo uocari ad sese iubet Lentulum Cethegum. Sta. Gabinium. Itemque ceparium terracinensem: qui in Apuliam ad concitanda seruitia proficisci parabat. cæteri sine mora ueniunt. Ceparius pauloante domo gressus cognito consilio ex urbe ꝓfugerat. Consul Lentulum: quod prætor erat ipse manu tenens i senatum perducit. Reliquos cum custodibus i ædem concordiæ uenire iubet. Eo senatum aduocat: magnaq; frequẽtia eius ordis Vulturtium cum legatis itroducit. Flaccum prætorem scrinium cũ litteris: quas a legatis acceperat: eodem afferre iubet. Vulturtius interrogatus de itinere: & de litteris: postremo quid: aut qua de causa consilii habuisset. Primo fingere: alia dissimulare de coniuratione. Post ubi fide publice data dicere iussus est: omnia uti gesta erant aperit: docetq; se paucis ante diebus a Gabinio & cepario socium accitum nihil amplius scire quam legatos tantummodo audire solitũ ex Gabinio. P. Antonium. Seruium. Syllam. L. Vargunteum: multos præterea i ea coniuratione Catilinæ esse. Eadem galli fatentur. At Lentulum dissimulantem coarguũt præter litteras: sermonibus quos ille habere solitus erat ex libris Sybillinis regnum Romæ tribus Corneliis protendi Cinam atque Syllam antea: tertium se dicebat: cui fatum foret orbis potiri: præterea icenso capitolio illum esse. xx. annum: quem sæpe ex prodigiis aruspices respondissent bello ciuili cruẽtum forẽ. Igitur perlectis litteris cum prius omnes signa sua cognouissent: senatus decreuit: uti abdicatus esset a magistratu Lentulus itemq; cæteri i liberis custodibus haberẽtur. Itaq; Len. traditur. P. Lentulo spintheri: qui tum ædilis erat. Cethegus quito cornificio. Statilius. C. Cæsari Gabinius. M. crasso. ceparius nam is pauloante ex fuga retractus erat. C. Terentio traditur: Interea plebs coniuratione patefacta: quæ primo cupida nimis nouarum rerum bello fauebat mutata mente catilinæ consilia execrari: ciceronem ad cœlum tollere: ueluti ex seruitute erepta: gaudium atq; letitiam agitabant. Namq; alia facinora prædæ: magis q̃ detrimento fore: Incendium uero crudele imoderatum ac sibi maxime calamitosum putabat: qppe cui omnes copiæ in usu quottidiano & in quottidiano cultu corporis erant. Post eundem diem quidem Lutius Tarquinius ad senatum adductus erat. quem ad catilinam proficiscentẽ retractum ex itinere aiebant. Is cum diceret se indicaturum de coniuratione: si fides publica data esset: iussus a consule quæ sciret edicere: eadem fere quæ Vulturtius de paratis incendiis: de cædẽ bonorum: de itinere hostium senatum edocet. Præterea se missum a. M. crasso: q Catilinæ nuntiaret: ne eum Lentulus & cethegus: aliiq; ex coniuratione deprehensi terrerent. Eo que magis properaret ad urbem accedere. Quo cæterorũ animos reficeret: & illi facilius a periculo eriperentur. Sed ubi Tarquinius crassum nominauit hominem nobilem maximis diui-

tiis ſumma potentia:alii rem incredibilem rati pars tametſi ueꝛe exiſtimabant: tamen quia in tali tempore tanta uis hominis magis leniũda quam exagitanda uidebatur. Plæriq; craſſo ex priuatis negociis obnoxii:conclamant indicé eſſe falſum:deq; ea re poſtulát uti referat. Itaque cõſulente cicerone frequens ſenatus decreuit Tarqni indicium falſum uideri. Dúq; in uinculis retinédum neq; amplius poteſtaté faciũdam:niſi de eo indicaret cuius cõſilio tantá rem eſſet mentitus. Erant eo tẽpore:q exiſtimarent indiciũ illud a. P. Antonio machinatum:quo facilius appellato craſſo p ſocietatem periculi reliquos illius potentiæ tegeret alii Tarquinium a cicerone emiſſum aiebant:ne craſſus more ſuo ſuſcepto maloꝛ patrocinio rempu. conturbaret. Ipſum craſſum ego poſtea prædicantem audiui tantam illã contumeliam a cicerõe impoſitam. Sed iiſdé tempibus quintus Catullus caius piſo:neq; præcibus: neq; gratia:neq; pcio ciceroné impellere potuere uti per allobroges:aut aliũ iudicé. C. Cæſar falſo nominaret. Nam uterq; graues inimicitias cum illo exercebant. Piſo oppugnatus in iudicio pecuniaꝛ repetundaꝛ ppter cuiuſdam tranſpadani ſupplicium iniuſtũ. Catullus ex petitione pontificatuſ odio incenſus:quod extrema ætate uſus maximis honoribus ab adoleſcentulo cæſare uictus diſceſſerat:res aũt opportuna uidebaſ:quod is priuati egregia libertate:publice maximis muneribus grandem pecuniam debebat. Sed ubi conſulem ad tantũ facinus impellere nequeũt: ipſi ſigillatim circumeũdo mentiendo:quæ a Vulturtio aut allobrogibus audiſſe dicerẽt:magnam illi inuidiam cõflauerant:uſq; adeo ut nõnulli equites Romani:qui præſidii cã cum tælis erant circum ædem concordiæ ſeu periculi magnitudíe:ſeu animi mobilitate impulſi quo ſtudiũ ſuum in rep. clarius eſſet. Egredienti ex ſenatu Cæſari gladio imminitarent. Dum hæc in ſenatu aguntur. Et dum legatis Allobrogũ & Tito Vulturtio comprobato indicio eoꝛ pmia decernũtur:libertini & pauci ex clientibus Lentuli diuerſis itineribus opifices atq; ſeruitia ſuicis ad eum eripiendum ſollicitabant. Partim exquirebant duces multitudinum:qui pcio remp. uexare ſoliti erant. Cethegus autem per nuncios familiam atq; libertos ſuos electos Exercitatos orabat in audaciam ut grege facto cum tælis ad ſeſe irrumperent. Conſul ubi ea parari cognouit:diſpoſitis pſidiis uti res atq; tempus monebat. Conuocato ſenatu refert quid de his fieri placeat:qui in cuſtodibus traditi erant. Sed paulo eos ante frequens ſenatus iudicauerat contra rempublicam feciſſe Tum. D. Syllanus iunius primus ſententiam rogatus: quia eo tempe conſul deſignatus erat. De his qui in cuſtodiis tenebantur. Et præterea de. L. Caſſio. P. Furio. P. Vmbreno. Qu. Annio ſi deṕhenſi forent ſupplicium ſumendum decreuit. Hiſque poſtea permotus oratione. C. Cæſaris pedibus in ſententiam Tiberii neronis ituꝛ ſe dixerat: quod de ea re præſidiis additis referendũ eſſe cẽſuerat. Sed Cæſar ubi ad eũ uentũ eſt rogatus ſententiam a cõſule huiuſmodi uerba locutus eſt.

OMnes homines patres conſcripti q de rebus dubiis conſultãt:ab odio amicitia ira atq; miſericordia uacuos eſſe decet. Haud facile animus ueꝛe ꝓuidet ubi illa officiunt:neq; qſquam hominum libidini ſimul & uſui paruit:ubi intenderis ingenium ualet. Si libido poſſidet ea dominat:ſaius nihil ualet. Magna mihi copia eſt memorandi. P. C. qui reges ira atq; populi miſericordia impulſi male cõſuluerũt. Sed ea malo dicere: quæ maiores noſtri contra libidinem animi ſui recte atq; ordine fecere. Bello Macedonico: qd cũ rege Perſæ geſſimus:Rhodiũ ciuitas magna atq; magnifica:quæ populi romani opibus creuerat in fida & aduerſa nobis fuit:Sed poſtq bello confecto de rhodiis cõſultũ eſt maiores noſtri ne qs diuitiaꝛ magis q iniuriæ cã bellũ inceptum diceret:ipunitos eos dimiſere. Item bellis punicis oibus:cũ ſæpe Carthaginenſes in pace & per iducias multa nefaria facinora feciſſẽt: nunquam ipſi per occaſionẽ talia fecere:magis quod ſe dignum foret:quam quod in illos iuſ fieri poſſet quærebant. Hoc item uobis prouidendũ eſt. P. C. ne plus apud uos ualeat. P. Lentuli & cæteroꝛ ſcelus:quam ueſtra dignitas:neue magis iræ ueſtræ conſulatis: quam famæ. Nam ſi digna pœna pro factis reperiretur:nouum conſilium approbo. Si magnitudo ſceleris eoꝛ omnium ingenium exuperat. His utendũ cenſeo:quæ legibus comparatæ ſunt. Plæriq; eoꝛ q ante me ſententias dixerũt:compoſite:atq; magnifice caſum reip. miſerati ſunt:quæ belli ſæuitia eſſet & quæ uictis accideret:enumerauere:rapi uirgines:pueros. diuelli liberos a cõplexu parẽtũ matres familiaꝛ patiq; uictoribus collibuiſſent. Phana atq; domos ſpoliari:cædem:incendia fieri. Poſtremo armis cadaueribus cruore atq; luctu omnia compleri:ſed p deos ímortales:quo illa oratio pertinuit. An ut uos ifeſtos cõiurationi faceret? ſcilicet qué res tãta

atq; tam atrox non permouit:eum oratio incenderet:non ita est:neq; cuiq̃ mortalium iniu-
riæ suæ paruæ uidentur.multi eas grauis æquo habuere.Sed aliis alia licentia est.P. C.q dimis
si in obscuro uitam agũt:si qd iracundia reliquere pauci sciũt fama atq; fortuna pares sunt:q
magno imperio p̃diti i excelso ætatem agũt.Eoq; facta cũcti mortales nouere:Ita in maxima
fortuna minima licentia est:neq; studere:neq; odisse:sed minime irasci decet.Quæ apud alios
iracũdia dicitur:ea imperio superbia atq; crudelitas appellatur:eqdem sic existimo.P. C. omnes
cruciatus minores quam facinora illoq; esse.Sed plæriq; mortales postrema meminere & i ho
minibus ipiis sceleri eoq; obliti de pœna disserũt:si ea paulo seuior fuit.D.Syllanum forte at-
que strenuũ certe scio quæ studio dixerit repu.dixisse:neq; illũ in tanta re gratiam:aut inimi-
citias exercere:eos mores:eamq; modestiam uiri cognoui.Veq; sententia eius mihi non crude
lis.Quid enim tales homies crudele fieri potest:sed aliena a repu.uidet. Nam ꝓfecto aut me-
tus aut iniuria te subegit Syllane consulem designatũ genus pœne nouũ decernere. De timo-
re superuacaneũ est disserere:cũ præsertim diligentia clarissimi uiri consulis tãta præsidia sint
i armis:De pœna possumus eqdem dicere id quod res habet i luctu atq; miseriis mortem erũ
naq; reqem non cruciatũ esse.Eam cũcta mortaliũ mala dissoluere ultra:neq; curæ:neq; gau-
dio locum esse.Sed p deos immortales:quãobrem in sententiam non addidisti ũti prius uer-
beribus i eos aĩaduerteretur:an qa lex portia uetat? At aliæ leges.Itẽ de cõdẽnatis ciuibus nõ
aĩam eripi:sed exiliũ pmitti iubet:an qa grauius é uerberari quã necari. Quid aũt acerbũ aut
nimis graue é i hoies tãti facioris cõuictos?Si qa uerberari quã necari:ideo dimisisti leuius qd
cõuenit i moire negotio legẽ timere cũ eam in maiore neglexeris? At.n.quis reprehendet id
quod in parricidas reip.decretum erit tempus dies fortuna:cuius libido gentibus moderat.
Illis merito accidit quicquid euenerit.Cæteq; uos patres.C.quid in alios statuatis considerate.
Omnia mala exempla ex bonis rebus orta sunt.Sed ubi imperium ad ignaros ciues:aut minus
bonos puenit nouum illud exemplum ab dignis & idoneis ad indignos & non idoneos transfe
ret.Lacedemonii deuictis Athenien̄sibus triginta uiros imposuere:qui remp.eoq; tractarẽt.
Hi primo cœpere pessimum quemq; & omnibus inuisum indẽnatum necare.Ea lege popu-
lus lætari:& merito dicere fieri.Post ubi paulati licentia creuit iuxta bonos & malos libidi-
se interficere:cæteros metu terrere.Ita ciuitas seruitute:oppressa stultæ lætitiæ graues pœnas
dedit.Nostra memoria uictor Sylla cum Damasippum & alios eiusmodi:q malo reipubli.cre
uerant iugulari iussit.Quis non factum eius laudabat:homines scelestos & factiosos:qui sedi
tionibus rempublicam exagitauerant:merito necatos aiebant.Sed ea res magnæ initium cla-
dis fuit.Nam uti quisq̃:aut domum aut uillam.postrem aut uas:aut uestimentum alicuius cõ
cupiuerat:dabat operam ut is in proscriptorum numero esset.Ita illi quibus Damasippi mors
lætitiæ fuerat:paulo post ipsi trahebantur:neque prius finis iugulandi fuit:quam Sylla omnes
suos diuitiis expleuit.At ego hoc non in Marco Tullio neq; his temporibus uereor.Sed i ma-
gna ciuitate multa & uaria ingenia sunt.Potest alio tempore a lio consule cui item exercitus
sit in manu aliquid falsum pro uero credi:ubi hoc exemplo per senatus decretum gladium cõ
sul eduxerit:quis finem statuet? aut quis moderabitur? Maiores nostri patres. C. neq; consilii
neq; unq̃ audatiæ egũere:neq; illi superbia obstabat:quominus aliena instituta:si modo ꝓba
erant imitarentur.Arma atq; tæla militaria ab samnitibus: insignia magistratuum ab tuscis
plætaq; sumpserunt.Postremo quod ũbiq; apud socios aut hostes idoneum uidebatur cum
summo studio domi exequebantur.Imitari quam inuidere bonis malebant. Sed eodem illo
tempore maiores nostri græciæ morem imitati uerberibus animaduertebant in ciues de con
demnatis summum supplicium sumebant.Postquam respublica adoleuit & multitudine ci-
uium factiones ualuere:circũuenire innocentes:alia huiusce modi fieri cœpere:tunc lex por-
tia:aliæq; leges paratæ sunt:quibus legibus damnatis exilium permissum est:hanc ergo cau-
sam.P.C.cominus nouum consilium capiamus:in primis magnam puto.Profecto uirtus atq;
sapientia maior in illis fuit:qui ex paruis opibus tantum imperium fecere:quam in nobis qui
ea bene parta uix retinemus.Placet igitur eos dimitti & augere exercitum Catilinæ.Minime.
Sed ita censeo publicandas eoq; pecunias ipsos in uinculis per municipia habendos:quæ ma-
xime opibus ualent.Neu quis de is postea ad senatum referat:neue cum populo agat.Qui ali-
ter fecerit senatum existimare sciat eum contra rempublicam & salutem omnium facturum.
Postq̃ Cæsar dicendi finem fecit:cæteri uerbo eius:alius alii uarie assentiebantur.At. M.porti
us Cato rogatus sententiam huiusce modi orationẽ habuit.

Onge mihi aliena mens est.P.C.cum res atq; pericula uestra considero: & sententias nonnullorum mecum ipse reputo.Illi mihi disseruisse uidentur de pœna eoꝝ qui patriæ parentibus:aris:atq; focis sociisq; suis bellum parauere.Res autem monet cauere ab illis magis q̃ quid in illos statuamus consultare.Nam cætera malefacta tum persequare ubi facta sunt.Hic nisi prouideris:ne accidat:ubi euenerit frustra iudicia implores.Capta urbe nihil reliqui fit uictis.Sed per deos immortales uos ego apello:qui semper domos:uillas:signa:tabulas uestras pluris pretii:q̃ rempublicam fecistis si ista cuiuscunq; modi sint:quæ amplexamini retinere:si uoluptatibus uestris ocium præbere uultis expergisci mini aliquando & capessite rempu.Non nunc agitur de uectigalibus:non de sociorum iniuriis libertas & anima uestra in dubio est.Sæpenumero.P.C.multa uerba in hoc ordine feci: sæpe de luxuria atq; auaritia nostroꝝ ciuium questus sum:multosq; mortales:ob eam causam aduersus habeo:quod mihi atq; animo meo nullius unq̃ delicti gratiam fecissem haud facile alterius libidini malefacta condonabam.Sed tametsi uos paruipendebatis:tamen resp. firma erat.oppulentia negligentiam tollerabat.Nunc uero id nõ agitur bonis ne an malis moribus uiuamus:neq; quantum aut q̃ magnificum imperium populi romani sit.Sed hæc cuiusq; modi uidentur sint.nostra an nobiscum una hostium futura sint:hic mihi quisq̃ mansuetudinẽ & misericordiam nomiat.Iam pridem equidem nos uera rerum uocabula amisimus:quia bona aliena largiri liberalitas.Malarum rerum audacia fortitudo uocatur:eo respu.in extremo sita est.Sint sane quoniam ita se mores habent liberales ex socioꝝ fortunis sint misericordes in furibus ærarii.Ne illis sanguinem nostrum largiantur:& dum paucis sceleratis parcunt:bonos perditum eant.bene & composite.C.Cæsaris pauloante in hoc ordie de uita & morte diserui:credo falsa existimans:ea quæ de inferis memoratur diuerso itinere malos a bonis loca terra:inculta fœda atq; formidolosa habere.Itaq; censuit pecunias eorum publicandas. Ipsos per municipia habendos in custodiis:uidelicet timens ne si Romæ sint:aut a popularibus cõiurationis:aut a multitudine conducta:per uim eripiantur.Quasi uero mali atq; scelesti tantummodo in urbe & non per totam italiam sint aut non ibi plus posset audatia ubi ad defendendum opes minores sunt.Quare uanum equidem hoc consilium est:si periculũ ex illis metuit:si in tanto omnium metu nõ solus timet:eo magis refert me mihi atq; uobis timere:quare cum de publio Lentulo cæterisq; statuetis pro certo habetote uos Simul de exercitu.Catilinæ & de omnibus coniuratis decernere.Quanto uos attentius ea agetis:tanto illis animus infirmior erit.Si paululum uero languere uiderint modo omnes iam feroces aderunt. Nolite existimare maiores nostros armis.R.P.ex parua magnam fecisse:si ita res esset multo pulcherrimam eam haberemus quippe socioꝝ atq; ciuium præterea armoꝝ atq; equorum maior copia nobis quam illis est.Sed alia fuere quæ illos magnos fecere quæ nobis nulla sunt domi:industria:foris iustum imperium:animus in consulendo liber:neq; delicto:neq; libidini obnoxius.Pro his nos habemus luxuriam:atq; auaritiam publice egestatem:priuatim opulentiam laudamus diuitias segmur inertiam.Inter bonos & malos discrimen nullum est:omnia uirtutis præmia ambitio possidet.neq; miꝝ est ubi uos separatim sibi quisq; consiliũ captatis. ubi domi uoluptatibus.Hic pecuniæ aut gratiæ seruitutis:eo fit:ut impetus fiat in uacuam rempu.Sed ego hoc omitto.Coniurauere nobilissimi ciues patriam incendere Gallosq; gentem infestissimam nomini romano ad bellum accersserunt.dux hostium cum exercitu supra caput est.Vos cunctamini & iam nunc dubitatis:quid inter mœnia deprehensis hostibus statuatis. Miseremini censeo deliquere homines iuuenes:adolescentuli per ambitionem atq; etiã arma tos dimittatis.Veror ne ista uobis mansuetudo & misericordia si illi arma cœperint:i miseriam conuertatur.s.ipsa res aspera est:sed uos non timetis eam:immo uero maxime:sed inertia atq; mollitia animi alius aliũ expectantes cunctamini uidelicet diis imortalibus confisi: qui hanc rempu.in maximis sæpe periculis seruare nõ uotis atq; supplicis mulieribus auxilia deorũ parantur uigilando agendo bene consulendo,pspera oia cedunt. Vbi scordiæ atq; ignauiæ te tradideris:ne quicq̃ deos implores irati infestiq; sunt apud maiores nostros Aulius Manlius torquatus bello gallico filiũ suũ:quod his contra iperiũ in hostẽ pugnauerat:necari iussit. At ille egregius adolescens imoderatæ fortitudinis morte pœnas dedit. Vos de crudelissimis paricidiis:qd statuatis cũctamini:uidelicet cætera uita eoꝝ:huic sceleri obstat. Veꝝ parcite dignitati Lentuli:si ipsi pudicitiæ.si famæ suæ:si diis atq; oibus unq̃ ullis pepcit.Ignosce Cethegi adolescẽtiæ:nisi iteꝝ iã patriæ bellũ intulit:nã qd ego de Gabino statilio Cepario loquar:quibus si qcq̃ pẽsi fuisset:unq̃ non ea cõsilia de rep.habuissent.Postremo.P.C.sine me hercle pec-

cato locus esset:facile paterer uos corrigi ipsa re:quoniam uerba mea contenitis:sed undique
ciuicuuenti sumus:Catilina cū exercitu faucibus urget Italiæ:ītra mœnia ī sinu urbis sunt ho
stes:neq; parari:neq; consuli quicq; potest occulte.Quo magis pperandū est:quare ita censeo
ego cum nephario consilio sceleratoz ciuiū respubli.in maxia pericula uenerit.Hicq; indicio
Vulturtii & legatoz Allobrogum conuicti confessicq; sunt:eædem:icendia:aliaq; se fœda at
que crudelia facinora in ciues patriāq; parauisse de confessis sicut de manifestis rez capitaliū
more maioz sumendū suppliciū.postq; Cato assedit:consulares omnes:itemq; senatus magna
pars sententiam eius laudant:uirtutem animi ad cælū ferunt.Alii alios icrepates timidos uo
cant.Cato magnus atq; clarus habetur senatus:decretū fit:sicut ille censuerat.Sed mihi multa
audienti:que.p.r.domi militiæq; mari atq; terra præclara facinora fecit:forte libuit attendere
quæ res maxime tanta negocia sustinuisset:sciebam sæpenumero.p.r.parua manu cū magnis
legionibus hostium contendisse:cognoueram paruis copiis bella gesta fuisse cū opulentibus
regibus ad hoc sæpe fortunæ uiolentiam tollerauisse:facundia græcos Gallos gloria belli:Ro
manos ante fuisse.At mihi multa agitanti constabat paucoz ciuiū egregiā uirtutem cuncta
patrauisse:eoq; factum est:uti diuitias paupertas multitudinem paucitas superaret:Sed postq;
luxu atq; desidia ciuitas corrupta est:rursus respu.magnitudine sua iperatoz atq; magistratu
um uitia sustentabat. Ac sicuti effecta parentū multis tempestatibus haud sane quisq; Romæ
uirtute magnus fuit:sed mea memoria īgenti uirtute diuersis moribus fuere uiri duo.M.Ca
to &.C.Cæsar:Quos quoniam res optulerat:silentio præterire consilium non fuit:quum utri
usq; naturam & mores quantum īgenio possem aperirem.Igitur his duobus genus:ætas: elo
quentia ppe æqualia fuere.Magnitudo animi par:item gloria:sed alia alii:Cæsar beneficiis ac
munificentia magnus habebatur.Integritate uitæ Cato ille mansuetudie misericordiaq; cla
rus factus.Huic seueritas dignitatem addiderat.Cæsar dando:subleuando: ignoscendo. Cato
nihil largiendo gloriam adeptus est.In altero miseris profugiū;ī altero malis pernicies: illius
facilitas:huius constantia laudabatur.Postremo Cæsar ī aium iduxerat laborare:uigilar nego
ciis amicoz ītentus:sua negligere:nihil denegare:quī dono dignū esset:sibi magnum iperium
exercitum:bellū nouū exoptabat:ubi uirtus enitescere potuisset.At Catoni studiū modestiæ
decoris & maxie seueritatis erat:non de diuitiis cum diuite:nec de factione:cum factioso: sed
cū strenuo de uirtute:cū modesto de pudore:cū innocente de abstinentia certabat.esse: quam
uideri bonus malebat.Itaq; quominus petebat gloriam eo magis illā assequebatur. Postq; ut
dixi senatus in catonis sententiā discessit.Consul optimū factu ratus noctēq; instabat anteca
pere:nequid eo spatio nouaretur triumuiroscq; ad supplicium postulabat parare iubet: ipse di
spositis præsidiis:Lentulum in carcerem deducit:in cæteris idem fit per prætores.Est locus in
carcere quod Tullianum appellatur:ubi paululum ascenderis ad leuam circiter.xii. pedes hu
mi depressus eum muniunt undiq; parietes atq; īsuper camera lapideis fornicibus iuncta: sed
icculta tenebris:odore fœda:atq; terribilis eius facies est:ī eum locum postq; dimissus est Len
tulus incidens rez capitaliū:qbus præceptū erat laqueo gulam fregere.Ita ille Patricius ex gē
te clarissima Corneliorum qui consulare imperium Romæ habuerat:dignum moribus factis
que suis exitium uitæ iuenit.De Cethego.Statilio:Gabinio:Cepario eodem modo supplicū
sumptum est.

Vm ea Romæ geruntur Catilinæ ex omni copia:quam & ipse adduxerat:& manli
us habuerat:duas legiones instituit:cohortes ex numero militum cōplet. Deinde
ut quisq; uolūtarius aut ex sociis in castra uenerat:æqualiter distribuerat ac breui
spatio legiones numero hominū expleuerat cum initio non plus duobus mil:bus
habuisset.Sed ex oī copia circiter pars quarta erat militaribus armis īstructa:cæteri ut quēq;
casus armauerat:sparos aut lanceas:alii præacutas sudes portabant.Sed postq; Antonius aduc
tabat cū exercitu:Catilina per mōtes iter facere:modo ad urbē:modo ad Galliā uersus castra
mouere hostibus occasionem pugnandi non dare:sperans propediē magnas copias sese habi
turz:si Romæ socii īcepta patrauisset:iterea seruitia repudiabat:cuius initio ad eū magna co
pia cōcurrebat:opibus cōiuratiōis fretus simul alienū suis ratiōibus existimās uideri:cām ciui
um cū seruis fugitiuis cōmunicasse:sed postq; nūcius ī castra puenit Romæ cōiurationē pate
factā de Lētulo & Cethego:& cæteris quos supra meorauimus supplicū sumptū,plæriq; quos
ad bellū spes rapiarū:aut nouaz rez studiū illexerat dilabunt,reliquos Catilīa p mōtes aspe
ros magnis itineribus ī agrū pistoriēsem adducit eo cōsilio uti p tramites occulte,pfugerent in

Galliã transalpinã. Atq; Qu. Metellus celer. cũ tribus legiõibus ĩ agro piceno pſidebat ex diffi
cultate reꝫ eadẽ illa exiſtimãs q̃ ſupra diximus Catilinã agitare: lgit̃ ubi iter eius ex pfugis co
gnouit: caſtra ppere mouet: ac ſub ipſis radicibus mõtiũ conſedit: qua deſcenſus erat illi ĩ Galli
am pperãti: neq; tamẽ Antonius pcul aberat ut q magno exercitu locis æq̃oribus expeditos ĩ
fugã ſequereť: ſed Catilina poſtq̃ uidet mõtibus atq; copiis hoſtiũ ſeſe clauſum ĩ urbe res ad-
uerſas neq; fugæ: neq; pſidii ullã ſpẽ optimũ factu ratus: ĩ tali re fortunã belli tẽtare: ſtatuit cũ
Antonio q̃primum confligere. Itaq; cõtione aduocata huiuſcemodi orationẽ habuit.

Ompertum habeo milites uerba uirtutẽ nõ addere: neq; ex ignauo ſtrenuũ: neque
forte ex timido exercitũ oratiõe ĩpatoris fieri: ſed quãta cuiuſq; aĩo audacia natu-
ra aut moribus ineſt: tanta ĩ bello patere ſolet: quẽ neq; gloria: neq; pericula exci-
tãt: ne q̃q̃ hortere: timor animi auribus officit: ſed ego uos quõ pauca moneré ad
uocaui: ſimul uti cãm cõſilii mei aperirẽ: ſcitis eq̃dẽ milites ſecordia atq; ignauia Létuli q̃tã ipſi
nobiſq; cladẽ attulerit: quoq; mõ dũ pſidia ex urbe opior: ĩ Galliã pficiſci nequieri. Nũc uero
quo ĩ loco res uãe ſint: iuxta mecũ oẽs intelligitis: exercitus hoſtiũ duo: unus ab urbe: alter a
Gallia obſtãt. Diutius ĩ his locis eſſe ſi maxie aĩus ferat fruméti atq; aliaꝫ reꝫ egeſtas phibet:
quocũq; ire placet ferro iter aperiẽdũ é: q̃propter uos moneo uti forti atq; parato aĩo ſitis: &
cũ pliũ inibitis memineritis uos diuitias: gloriã: decus: pterea libertatẽ atq; priam ĩ dextris ue
ſtris portare: ſi uicimus oĩa nobis tuta erũt: cõmeatus abũde municipia atq; coloniæ patebũt:
ſi metu ceſſerimus: eadẽ illa aduerſa fiẽt: neq; locus: neq; amicus q̃ſq̃ teget: quẽ arma nõ texe-
rit. Præterea milites nõ eadẽ nobis & illis neceſſitudo ĩpendet: nos pro pria: pro libertate: p ui
ta: pro uirtute certamus: illis ſupuacaneũ é pugnare pro potẽtia paucoꝝ: quo audacius aggre-
dimini memores priſtiæ uirtutis. licuit uobis cũ ſũma turpitudíe in exilio ætatẽ agere: Potui-
ſtis nõnulli Romæ amiſſis bonis alienas opes expectare: q̃a illa fœda atq; ĩtolleráda uiris uide
baneť hæc ſeq; decreuiſtis, ſi relíquere uultis audacia opus eſt. Nemo. n. niſi uictor pro pace bel
lũ mutauit. Nã in fuga ſalutẽ ſperare: cũ arma q̃bus corpus tegiť ab hoſtibus auerteris ea ue-
ro demẽtia é ſemp ĩ plio his ẽ maximũ periculũ: q̃ maxie timẽt. audacia pro muro habeť: cum
uos cõſidero milites & cum facta ueſtra æſtimo: magna ſpes me uictoriæ tenet: aĩus: ætas: uir-
tus ueſtra me hortanť. Præterea neceſſitudo quæ etiã timidos fortes facit: nã multitudo hoſti
um ne circũuenire queat: phibẽt anguſtiæ loci. Quod ſi uirtuti ueſtræ fortuna ĩuiderit: caue
te ne multi aĩam amittatis: neu capti ſicuti pecora potius trucidemini: q̃ uiuoꝝ more pugnã
tes: cruẽtáq; atq; luctuoſam uictoriã hoſtibus relinq̃tis. Hæc ubi dixit paululũ cõmoratus ſi-
gna canere iubet: atq; inſtructos ordines in locũ æquũ deduxit. Deinde remotis oĩum equis:
quo militibus exæquato piculo aĩus amplior eſſet. Ipſe pedes exercitũ pro loco atq; copiis in-
ſtruxit: nam uti planicies erat iter ſiniſtros mõtes & ab dextra rupe aſpera: octo cohortes ĩ frõ
te conſtituit. Reliquaꝝ ſigna ĩ ſubſido arctius collocat: ab his centuriones oẽs electos & uoca
tos. Præterea ex gregariis militibus optimum quẽq; armatũ in primã aciẽ ſubducit. C. Máliũ
in dextra. feſulanũ quẽdã in ſiniſtra parte curare iubet. Ipſe cũ libertis & colonis prope aquilã
aſſiſtit: quam bello cíbrico. C. Marius ĩ exercitu habuiſſe dicebať: at ex altera parte. C. Antoni
us pedibus æger: quod pliõ adeſſe neq̃bat. M. Petreio legato exercitũ pmittit. Ille ueteranas co
hortes: q̃s tumultus cauſa cõſcripſerat ĩ frõte poſt eas cæteꝝ exercitũ ĩ pſidiis locat. Ipſe equo
currés: unũquẽq; nominãs appellat: hortať: rogat ut meminerít ſe cõtra latrões ĩermes p pria:
pro liberis: pro aris atq; focis ſuis certare. Homo militaris quod ãplius ãnos triginta tribunus
atq; pfectus: aut legatus: aut ptor cũ gloria magna ĩ exercitu fuerat. plæroſq; ipſe: factaq; eoꝝ
fortia mouerat ea cõmemorando militũ aĩos accẽdebat: ſed ubi oĩbus rebus exploratis petre-
ius tuba ſignũ dabat: cohortes paulãti ĩcedere iubet: idem facit hoſtiũ exercitus: poſtq̃ eo uen-
tum é unde ab ferentariis pliũ cõmitti poſſet: maxĩo clamore cum ĩfeſtis ſignis utríq; concur
runt pila omittũt: gladiis res geriť: ueterani priſtiæ uirtutis memores cõminus acriter iſtare:
illi aut timidi reſiſtũt maxĩa ui certať. ĩterea Catilina cum expeditis ĩ pria acie uerſari: laboran
tibus ſuccurrere ĩtegros pro ſaucis arceſſere. oĩa puidere multũ ipſe pugnare: ſæpe hoſtem fe-
rire: ſtrenui militis: & boni ĩperatoris officia ſimul exeq̃bať. Petreius ubi uidet Catilinã cõtra
ac ratus erat magna ui cõtendere: cohorté ptoriã ĩ medios hoſtes íducit: eoſq; pturbatos atq;
alios alibi reſiſtentes ĩterficit. Deide utriſq; ex lateribus cæteros aggrediť. Malius & Feſulanus
ĩ primis pugnãtes cadunt. Poſtq̃ fuſas copias ſeq; relictũ cũ paucis uidet Catilĩa memor gene
ris atq; priſtiæ dignitatis ſuæ ĩter confertiſſimos hoſtes ícurrit: ibiq; pugnans cõfodiť: Sed cõ

fecto ꝑlio tũc uero cerneres ꝙta audacia ꝙtaq; aĩ uis fuiſſet ĩ exercitu Catilinæ. Nã fere quẽ qſq; que pugnãdo uiuus locũ cœpat: eũ amiſſa aĩa corpe tegebat. Pauci aũt quos medios cohors ꝑtoria diſiecerat: paulo diuerſius iacebãt: ſed oẽs tamen aduerſis uulneribus cõciderant. Catilina uero lõge a ſuis ĩter hoſtium cadauera reptus eſt. Paululũ etiam ſpirans: ferociaq; aĩ quam habuerat uiuus ĩ uultu retinens. Poſtremo ex oĩ copia Catilĩæ: neq; ĩ prælio: neq; ĩ fuga quiſq; ciuis ĩgenuus captus eſt ita cuncti uitæ ſuæ hoſtium q̃ iuxta pepcerant neq; tamẽ exercitus populi romani lætam: aut ĩcruentã uictoriã adeptus erat: nam ſtrenuiſſimus qſq; aut occiderat ĩ bello: aut grauiter uulneratus diſceſſerat. Multi aũt q de caſtris uidẽdi: aut ſpoliandi gratia: ꝑceſſerãt uoluẽtes hoſtilia cadauera amicũ alii ꝑs hoſpitẽ aut cognatũ repiebãt. Fuere itẽ q inimicos ſuos cognoſcerẽt: ita uariæ ꝑ oẽm exercitũ lætitia: mœror: luctus: atq; gaudiũ agitabãt.

Crispi Saluſtij Liber de Bello Iugurtino:

Alſo quæritur de natura ſua genus humanũ: quod ætas ĩbecilla: atq; eui breuis ſorte potius quam uirtute regat. Nam cõtra reputãdo neq; maius aliud neq; ꝑſtabilius ĩuenies: magiſq; naturæ ĩduſtriã hominum quam uĩ aut tẽpus deeſſe: ſed dux atq; ĩperator uitæ mortalium aĩus eſt: q ubi ad gloriam uirtutis uia craſſat abunde pollens potẽſq; & clarus ẽ: neq; fortũa eget: qppe ꝑbitatẽ ĩduſtriam: aliaſq; artes bonas: neq; dare neq; eripere cuiq; poteſt. Sin captus prauis cupidinibus ad inertiã & uoluptates corporis peſſundatus ẽ. ꝑnicioſa libidine pauliſp uſus eſt ubi ꝑ ſecordiã uires: tempus: ætas: ĩgenium defluxere naturæ ĩfirmitas accuſat: ſuã qppe culpam autores ad negocia trãſferunt. Quod ſi hoĩbus bonaq; req; tanta cura eſſet: q̃to ſtudio aliena ac nihil ꝑfutura: multũq; etiam ꝑiculoſa petunt neq; regerent magis a caſibus: quam regere caſus: & eo magnitudinis ꝑcederent: ubi pro mortalibus æterni gloria fierent: nã uti genus hominum cõpoſitum ex corpore & aĩa eſt: ita res cunctæ ſtudiaq; oĩa nra corpis alia: alia aĩ naturam ſequunt. Igitur præclara facies magnæ diuitiæ ad hoc uis corporis & alia huiuſcemodi oĩa breui dilabuntur. At ĩgenii egregia facinora ſicuti aĩa ĩmortalia ſunt. Poſtremo corpori & fortunæ bonoq; ut initium ſic finis eſt. Oĩaq; orta occidunt & aucta ſenescunt. Aĩus ĩcorruptus æternus rector humani generis agit: atq; habet cuncta: neq; ipſe habet. quo magis prauitas eoq; admiranda eſt: q corporis dediti gaudiis ꝑ luxum atq; ignauiam ætatem agunt. Cæteq; ingenium: quo neq; melius: neq; amplius aliud in natura mortalium eſt ĩ cultu atq; ſecordia torpeſcere ſinunt: cum præſertim tam multæ uariæq; artes ſint animi: quibus ſumma claritudo paratur. Veq; ex his magiſtratus & impia. Poſtremo omnis cura req; publicaq; minime mihi ac tempeſtate cupienda uidẽt: quoniam neq; uirtuti honos datur: neq; illi quibus per fraudem ius fuit: utiq; tuti aut eo magis honeſti ſunt. Nam ui qdem regere patriam aut parentes: q̃quam & poſſis & delicta corrigas: tamen importunũ eſt: cũ ꝑſertim omnes req; mutationes cædem fugam aliaq; hoſtilia protendant. fruſtra aũt niti: neq; aliud ſe fatigãdo: niſi odiũ quærere extremæ demẽtiæ eſt: niſi forte illi quem inhoneſta & pernitioſa libido tenet potentiæ paucoq; decus atq; libertatem ſuam gratificari. Cæteq; ex aliis negotiis: quæ ĩgenio exercent in primis magno uſui eſt memoria req; geſtaq;: cuius de uirtute qa multi dixere: prætereundum puto ſimul: ne per inſolentiam quis exiſtimet memet ſtudium meũ laudando extollere. Atq; ego credo fore homines: qui quia decreui procul a rep. agere ætatem tãto tanq; utili labori meo nomen inertiæ imponant. Certe quibus maxima induſtria uidẽt ſalutare plebem & cum uiuis gratiam quærere. Quod ſi reputauerint: & in quibus ego temporibus magiſtratum adeptus ſum: & quales uiri idem aſſequi nequiuerint: & reputauerint: poſtea quæ genera hominum in ſenatum prouenerint: profecto exiſtimabunt me magis merito quam ignauia iudiciũ animi mei mutauiſſe: maiuſq; commodũ ex ocio meo: quam ex aliorũ negociis. r. p. uenturum. Nam ſæpe ego audiui quintum maximum Publium Scipionem. Præterea ciuitatis noſtræ clariſſimos uiros ſolitos ĩta dicere: quũ maiorum imagines intuerentur uehementiſſime ſibi animum ad uirtutem accendi: ſcilicet non cæram illam: neq; figuram tã tam uim in ſeſe habere: ſed memoria geſtarum rerum eam flammam egregiis uiris in pectore creſcere: neque prius ſedari: quam uirtus eorum famam atque gloriam maiorum adæquauerit. At contra quis eſt hominum omnium his moribus: qui non de diuitiis & ſumptibus non probitate: neque induſtria cum maioribus ſuis contendat? etiam homines noui: qui antea ſoliti erant: per uirtutem nobilitatem anteuenire: furtim & ꝑ latrocinia potius quam bonis artibus ad impia & honores nitũtur. Proĩde quaſi prætura & cõſulatus atq; om-

nia alia huiuſcemodi per ſe ipſam clara & magnifica ſint: Ac non perinde habeantur:ut eoꝝ qui ea ſuſtinent:uirtus eſt. Verum ego liberius altiuſq; proceſſi:dum me ciuitatis morum piget tedetq;:nunc ad inceptum redeo:

Ellum ſcripturus ſum:quod.p.r.cum Iugurtha rege Numidarum geſſit: primum quia magnum & atrox uariaq; uictoria fuit. Deinde quia tunc primum ſuperbiæ nobilitatis obuiatum eſt:quæ contentio diuina & humana cũcta permiſcuit. Eoq; uecordiæ proceſſit:ut ſtudiis ciuilibus & bellum atq; uaſtitas italiæ finem faceret: ſed priuſq; huiuſcemodi rei initium expediam pauca ſupra repetam:quo ad cognoſcendum omnia illuſtria magis:magiſq; in aperto ſint. Bello punico ſecundo:quo dux carthaginenſium Hannibal poſt magnitudinem nominis romani italiæ opes maxime attriuerat:Maſiniſſa rex Numidarum in amicitiam receptus a.P. Scipione:cui poſtea aphricano agnomen ex uirtute fuit:multa & præclara rei militaris facinora fecerat:ob quæ uictis carthaginenſibus & capto Siphace:cuius in aphrica magnum atq; latum imperium ualuit.p.r.quaſcunq; urbes & agros manu cœperat:regi dono dedit. Igitur amicitia Maſiniſſæ bona atq; honeſta nobis permanſit ſed imperii uitæq; eius idem finis fuit:deinde Micipſa filius regnum ſolus optinuit manaſtabile & Guluſſa fratribus morbo abſumptis is Adherbalem & Hienſalem ex ſeſe genuit:Iugurthamq; manaſtabilis fratris ſui filium:quem Maſiniſſa:quia ortus ex concubina erat: priuatũ dereliquerat eodem cultu:quo liberos ſuos domi habuit. Qui ubi primum adoleuit pollens uiribus decora facie:ſed multo maxime ingenio uallidus:non ſe luxui neq; inertiæ corrumpendum dedit:ſed uti mos gentis illius eſt:equitare:iaculari curſu cum æqualibus certare: & cum omnis gloria anteiret:omnibus tamen carus eſſe:ad hoc plæraq; tempora in uenando agere leonem atq; alias feras:aut primus ferire:plurimum facere: & minimum ipſe de ſe loqui quibus rebus Micipſa tametſi initio lætus fuerat exiſtimãs iugurthæ uirtutem regno ſuo gloriæ fore:tamen poſtq; hominem adoleſcentem exacta ſua ætate & paruis liberis magis:magiſq; creſcere intelligit:uæhementer eo negocio permotus multa cum animo ſuo uoluebat. Terrebat eum natura mortalium auida imperii & præceps ad explendam animi cupiditatem. Præterea opportunitas ſuæ liberorumq; ætatis:quæ etiam mediocres uiros ſpe prædæ tranſuerſos agit. Ad hoc cuſtodia numidarum in iugurtham accenſa:ex quibus ſi talem uirum dolis interfeciſſet:nequa ſeditio:aut bellum oriretur anxius erat. His difficultatibus circunuentus ubi uidet neq; per uim:neq; inſidiis opprimi poſſe hominem tam acceptum popularibus qđ erat Iugurtha manu promptus & appetens gloriæ militaribus ſtatuit eum obiectare periculis & eo modo fortunam tentare. Igitur bello Numantino Micipſa cum populo. ro. equitũ atq; peditum auxilium mitteret:ſperans uel oſtentando uirtutem:uel hoſtium ſæuicia facile eum occaſurum præfecit numidis:quos in Hiſpaniam mittebat:ſed ea res longe aliter quam ratus erat euenit:nam iugurtha ut erat impigro atq; acri ingenio ubi naturam. P. Scipionis:qui tum romanis imperator præerat:& morem hoſtiũ cognouit:multo labore multaq; cura. Præterea modeſtiſſime parẽdo & ſæpe obuiã eũdo piculis i tãtã claritudinẽ breui puenerat ut nr̃is uæheméter carus numãtinis maxio terrori eẽt. Ac ſane qđ difficillimũ i pris ẽ & p̃lio ſtrẽuus erat & bõus cõſilio. Quoꝝ alteꝝ ex puidẽtia timorẽ: alteꝝ ex audacia temeritate plærũq; afferr ſolet. Igit̃ ip̃ator oẽs fere res aſperas per iugurtham agere in amicis habere magis magiſq; eum i dies amplecti. quippe cuius neq; conſilium:neq; inceptum illum fruſtra erat:huc accedebat munificentia animi & ingenii ſolertia. Quibus rebus ſibi multos ex romanis familiari amicitia coniunxerat. Ea tempeſtate in exercitu noſtro fuere complures noui: atq; nobiles: quibus diuitiæ bono honeſtoq; potiores erant. Factioſi domi potentes apud ſocios clari magiſq; honeſti qui iugurthæ non mediocrem animum pollicitando accendebant:ſi Micipſa rex occidiſſet:fore uti ſolus imperii numidiæ potiretur:in ipſam maximam uirtutem Romæ omnia uænalia eſſe:ſed poſtq; Numantia deleta. P. Scipio dimittere auxilia:& ipſa reuerti domum decreuit:donatum atq; laudatum magnifice pro contione iugtrtam in prætorium duxit:ibiq; ſecreto monuit & potius publice quam priuatim amicitiam populi romani coleret:ne aliquibus largiri iuſueſceret. Periculoſe a paucis emi:quod multorum eſſet. Si permanere uellet in ſui artibus ultro & gloriam & regnũ uentuꝝ:ſin properantius pergeret ſuã pecuniã & ipſũ p̃cipi tẽ caſuꝝ:ſic locutus cũ litteris eũ q̃s Micipſæ redderet dimiſit:eaꝝ ſentẽtia hæc erat:iugurthæ tui in bello Numãtino longe maxia uirtus fuit. Quã rẽ certe ſcio tibi gaudio eẽ:nobis ob

merita ſua carus eſt:ut idem ſenatui & pōpulo romano ſit ſumma ope nitemur. Tibi quidē ꝓ noſtra amicitia gratulor:en habes uirum dignum:te atq; auo ſuo:maſiniſſa igitur rex ubi ea q̄ fama acceperat ex litteris imperatoris ita eſſe cognouit:tum uirtute:tum gratia uiri permotus flexit animū ſuū & iugurtham beneficiis uincere aggreſſus eſt:ſtatimq; eum adoptauit & teſtamento pariter cū filiis hæredē inſtituit:ſed ipſe paucos poſt annos morbo atq; ætate confectus cum ſibi finem uitæ adeſſe intelligeret coram amicis & cognatis itemq; Adherbale Hiēpſale filiis dicitur huiuſcemodi uerba cum iugurtha habuiſſe.

Aruū ego o iugurtha te amiſſo patre:ſine ſpe:ſine opibus ī meū regnū accepi:exiſtimans non minus me tibi quam liberis ſi genuiſſem ob beneficia carum fore. Neq; ea res falſum me habuit:nam ut alia magna & egregia tua omittam: nouiſſime rediens Numantia: meq; regnumq; meum gloria honorauiſti:tuaq; uirtute nobis Romanos ex amicis amiciſſimos feciſti:in Hiſpania nomen familiæ renouatum eſt. Poſtrēo quod difficillimū inter mortales eſt gloria inuidiam uiciſti:nunc quoniam mihi natura finē uitæ fecit:per hanc dextram:per regni fidē moneo obteſtorq; ut hos qui tibi genere propinqui beneficio meo fratres ſūt:caros hēas:neu malis alienos adiūgere quā ſanguine coniūctos retinere. Non exercitus:neq; theſauri præſidia regni ſunt. Vex amici quos neq; armis cogere: neq; auro parare queas officio & fide pariūtur. Quis autem amicior: quam frater fratri? Aut quem fidū alienū inuenies:ſi tuis fueris hoſtis? equidem uobis ego regnū trado firmū ſi boni eritis:ſi mali imbecille:Nam concordia paruæ creſcūt res:diſcordia maximæ dilabūt. Cæterę ante hos te iugurtha:qui ætate & ſapientia maior es:ne aliter quid eueniat prouidere decet: nam in omni certamine:qui opulentior eſt:etiam ſi accipit iniuriā:tamen quia plus poteſt facere uidet:uos autē Adherbal & Hienſal colite obſeruate talem hūc uirē. Imitamini uirtutē & enitiminī:ne ego meliores liberos ſumpſiſſe:quam genuiſſe uidear. Ad ea Iugurtha tāetſi regē ficta locutū intelligebat:& ipſe longe aliter animo agitabat:tamen pro tempore benigne reſpondit. Micipſa paucis poſt diebus moritur. Poſtq̄ illi more regio iuſta magnifice fecerant reguli in unum conuenere:ut inter ſe de cunctis negociis diſceptarent. Sed Hienſal qui minimus ex illis erat:natura ferox etiam antea ignobilitatē iugurthæ:quia materno genere impar erat deſpiciēs dextra Adherbalem aſſedit:ne medius ex tribus iugurtha foret:quod apud Numidias honori ducitur. Deinde tamen ut ætati cōcederet fatigatus a fratre uix in partē alterā traductus eſt:ibi cū multa de adminiſtrando imperio diſſererent:Iugurtha ītēr alias res ait: oportere quīquennii conſulta & decreta omnia reſcindi. Nam per ea tēpora confectū annis Micipſā pacē animo ualuiſſe:Tū idem Hienſal placere reſpondit:nam ipſū illū tribus proximis annis adoptione ī regnū peruenisſe:qd̄ uerbū ī pectus Iugurthæ altiuſq̄ q̄q̄ ratus erat deſcendit:itaq; ex eo tēpore ira & metu anxius moliri parare:atq; ea modo ī animo habere quibus per dolū Hienſal caperetur. Quæ ubi tardius procedūt:neq; lenitur animus ferox. Statuit quouis modo inceptum perficere:primo conuentu: quem ab regulis factum ſupra memorauī propter diſſeſſionē placuerat diuidi theſauros:fineſq; imperii ſingulis conſtituī:itaq; tēpus ad utranq; rem decernitur:ſed maturius ad pecuniam diſtribuendam. Reguli interea in loca propinqua theſauris alius alios conceſſere:ſed Hienſal proficiſcitur in oppidum thirmida forte eius utebatur domo quidam proximus lictor Iugurthæ:qui carus acceptuſq; ei ſemper fuerat. Quem ille caſu miniſtrum oblatum promiſſis honorat:impellitq; uti tanq̄ ſuam domum uiſens eat portarum claues adulterinas paret:nam uere ad Hienſalem referebantur. Cæterę ubi res poſtularet ſe ipſum cum magna uenturum manu. Numida mandata breui perfecit. Atq; uti doctus erat noctu:Iugurthæ milites ītroducit:poſtq̄ in ædes irrumpere diuerſi regē q̄rere:dormiētes alios:alios occurſantes interficere. Scrutari loca abdita clauſa effringeī ſtrepitu & tumultu omnia miſcere. Cum interim Hienſal reperitur:occultans ſe in tugurio mulieris ancillæ:quo initio pauidus & ignarus loci profugerat. Numidæ caput eius uti iuſſi erant ad Iugurtham referunt:Cæterum fama tanti facinoris per omnem africam breui diuulgabat. Adherbalē oēſq; qui ſub Micipſæ īperio fuerāt metus īuadit: ī duas ptes diſcedūt Numidæ plures Adherbalē ſequūt:ſed illū bello meliores. igit Iugurtha quā maximas poteſt copias armat:urbes partī ui:alias uolūtate īpio ſuo adiungit:oī Numidiæ parat īperare Adherbal tāetſi legatos Romā miſerat:q; ſenatū edocerēt de cæde frīs & ſuis fortūis:tamē fretus multitudīe militum parat:contendere armis. Sed ubi rex ad certamen uenit uictus ex prælio profugit in

prouinciam:ac de hinc Romam tendit:tum iugurtha paratis consiliis postq̃ omni numidia potiebatur:in ocio facinus suum cum animo reputans timere.r.p.neq; aduersus iram eius usquam:nisi in auaritia nobilitatis & pecunia sua spem habere.Itaq; paucis diebus cum argento & auro multo legatos Romam mittit.Quis præcipit uti primum ueteres amicos magnis muneribus expleant:deinde nouos exquirant. Postremo quencunq; possent largiendo nec cunctentur parare.Sed ubi Romam legati uenere:& ex præcepto regis hospitibus aliisq; quorum ea tempestate in senatu auctoritas pollebat magna munera misere. Tanta communicatio incessit:ut ex maxima inuidia in gratiam & fauorem nobilitatis iugurtha ueniret. Quorũ pars spe alii precio inducti singulos ex senatu ambiundo nitebantur:ne grauius in eum consulerẽtur.Igitur ubi legati satis confidunt die constituto senatus utrisq; datur:tum Adherbalẽ hoc modo locutum accepimus.

Atres conscripti Micipsa pater meus moriens præcepit mihi uti regni numidiæ tã tũmodo ꝓcurationẽ existimarẽ meã.Cæteꝝ ius & ĩperiũ eius penes uos eé.Simul eniterer dõi militiæq; q̃ maxio usui eẽ.r.p.uos mihi cognatoꝝ:uos affiniũ loco ducerẽ.Si ea fecissẽ ĩ uĩa aicitia exercitũ diuitias mũimẽta regni me habituꝝ.Quæ ꝑcepta pris mei cũ agitarẽ.Iugurtha homo oĩum sceleratissimus:quos terra sustiet cõtẽpto uĩo imperio. Masinissẽ me nepotem etiam a stirpe socium atq; amicum populi romani regno fortunisq; omnibus expulit:atq; ego.P.C.quoniam eo miseriarum eram uenturus:uellem potius ob mea quam maiorum meorum beneficia posse me a uobis petere auxilium:ac maxime uellem deberi mihi beneficia a.p.r.quibus utinam non egerem:sed si ea desideranda erant uti debetis uterer.Sed quoniam parum tuta per seipsa probitas est:neq; in manu mihi fuit iugurtha qualis foret.Ad uos confugi.P.C.quibus quod mihi miserrimum est:cogor prius oneri quam usui esse.Cæteri reges aut bello uicti in amicitiam recepti sunt a uobis:aut in suis dubiis rebus societatem uestram petiuerunt.Sed familia nostra cum populo romano bello carthaginẽsi instituit amicitiam:quo tempore magis fides eius quam fortuna petenda erat.Quorum progeniem uos.P.C.nolite pati me nepotem Misinisse frustra a uobis auxilium petere: sed ad impetrandum nihil causæ haberem præter miserandam fortunam quod pauloante ego rex genere fama atq; copiis potens nunc deformatus erũnis inops alienas opes expecto: tamen erat maiestatis.P.R.prohibere iniuriam:neq; pati cuiusquã regnum per scelus crescere:uerum ego his finibus eiectus sum quos maioribus meis.P.R.dedit unde pater & auus meus una uobiscum expulere siphacem & carthaginenses uestra beneficia mihi erepta sunt.P.C.uos in iniuria mea despecti estis heu miserum me huccine.Micipsa pater beneficia tua euasere:ut quem tu parem cum liberis tuis regniq; participem fecisti his potissimum stirpis tuæ extinctor sit nũquam ne ergo familia nostra quieta erit? in sanguine semper ne ferro fuga uersabitur? Dum carthaginenses incolumes fuere:iure omnia sæua patiebamur: hostes a latere:uos amici procul.Spes omnis in armis sita erat.Postq̃ illa pestis ex africa eiecta est:læti pacem agitabamus quibus quippe quis nullus hostis erat nisi forte quem uos iussissetis.Ecce autem ex improuiso Iugurtha intolleranda audacia scelere:atq; superbia sese efferens fratre meo atq; eodem propinquo suo interfecto primum regnum eius sceleris sui prædam fecit.Post ubi eisdem dolis: nequid me capere:nihil minus quam uim aut bellum expectantem in imperio uestro:sicut uidetis extorrem patria:domo inopem & coopertum miseriis efficit:ut ubiuis tutius quam in meo regno essẽm:ego sic existimabam.P.C.uti prædicantem audieram patrem meum qui diligenter uestram colerent amicitiam:eos multum laborem suscipere:cæterũ ex omnibus maxime tutos esse.Quod in familia nostra fuit:præstitit:ut in omnibus bellis adesset uobis nos uti per ocium tuti simus in manu uestra est.P.C.pater nos duos filios reliquit:tertium iugurtam beneficiis suis ratus est coniunctum fore.alter eorum necatus est.Alterius ipse & manus impias uix effugi.Quid agam:aut quo potissimum infelix accedam? generis præsidia omnia extincta sũt.Pater uti necesse erat naturæ cõcessit:fratri quẽ minime decuit ꝓpinquus per scelus uitã eripuit:affines amicos:propinquos:cæteros meos aliũ:alia clade oppressit capti a iugurtha ps ĩ crucẽ acti:pars bestiis abiecti sũt.Pauci qbus relicta ẽ aĩa clausi in tenebris:cũ mœroꝝ & luctu morte grauioꝝ uitã exigũt.Si oĩa quæ aut amisi aut ex necessariis aduersa facta sũt in columa manerent:tamen siquid ex improuiso mali accidisset uos implorarem. Pa. Con.quibus pro magnitudine ipii ius & iniurias oẽs curæ esse decet. Nunc uero exul patria domo solus atq; oĩum honestaꝝ regꝝ egẽs quo accedã? aut quo appellẽ? Natiões ne an reges? Qui oẽs familiæ nostræ ob uestrã amicitiã infesti sunt:an quoq̃ adire licet ubi non maiorum meorum

monimenta hostilia pluria sint an quisq̃ non misereri potest qui aliquando uobis hostis fuit. Postremo Masinissa nos ita instituit.p.c.ne quem coleremns nisi.p.r.ne societates neq; fœdera noua acciperemus abunde magna præsidia nobis in uestra amicitia fore: Si huic imperio fortuna mutaretur una occidendum nobis fore:sed uirtute ac diis uolentibus magni & oppulenti estis omnia secunda & obedientia sunt.Quo facilius sociorum iniurias curare licet:tantum illud uerorine quos priuata amicitia Iugurtha parum cognita transuersos agat:quos audio ego summa ope niti ambire fatigare uos singulos nequid de absente Iugurtha incognita causa statuatis fingere me uerba & fugam simulare cui licuerit in regno manere. Quod uti nam illum cuius impio facinore in has miserias proiectus sum eadem hæc simulantem uideam:& aliquando aut apud uos aut deos immortales rerum humanarum cura oriatur ut ille qui nunc sceleribus suis ferox atq; præclarus est omnibus malis excruciatus impietatis in parentem nostrum fratris mei necis mearumq; miseriarum graues pœnas reddat.Iam iam animo meo carissime frater quanq̃ tibi immaturo:& unde minime decuit uita erepta est: tamen lætandum magis quam dolendum casum tuum puto.Non enim regnum:sed fugam exilium egestatem:& omnes has quæ me præmunt erumnas cum anima simul amisisti:at ego infœlix in tanta mala præcipitatus ex patrio regno rerum humanarum spectaculum præbeo incertus quid agam.Tuas ne iniurias persequar ipse auxilii egens:an regno consulam:cuius uitæ necisq; potestas ex alienis opibus pendet:utinam emori fortunis meis honestus exitus esset: ne uiuere contentus uiderer:si defessus malis iniuriæ concessissem. Nunc neq; uiuere libet neq; mori licet sine dedecore.p.c.oro uos per liberos atq; parentes uestros per maiestatem populi romani subuenite misero mihi:Et ite obuiam iniuriæ nolite pati regnum numidiæ quod uestrum est per scelus per sanguinem familiæ nostre tabescere. Postq̃ rex finem loquendi fecit legati Iugurthæ largitione magis quam causa freti.paucis rdspondet Hiensalem ob scæuitiam suam a numidis interfectum Adherbalem ultro bellum inferentem:postquam superatus sit. queri quod iniuriam facere nequisset:iugurtham ab senatu petere ne se alium putarent ac nu mantiæ cognitus esset.Neu uerba inimici ante facta sua ponerent:deinde utriq; ex curia egre diuntur:senatus statim consulitur Fautores legatorum:præterea senatus magna pars gratia deprauata Adherbalis dicta cõtemnẽ:Iugurthæ uirtutem extollere laudibus gratia uoce. De nicq; omnibus modis pro alieno scelere & flagitio sua quasi pro gloria nitebantur.At contra pauci quibus bonum & æquum diuitiis carius erat: subueniendum Adherbali & Hiensalis mortẽ esse seuere uindicandã censebãt.Sed ex oĩbus maxime Emilius scaurus homo nobilis impiger factiosus auidus potentiæ:honoris: diuitiarum. Cæterum callide uicia sua occultans is postq̃ uidit regis largitionem famosam impudentemq; ueritus quod in tali re fieri solet: ne polluta licentia inuidiam accenderet:animum a consueta libidine cotinuit. Vicit tantum in senatu pars illa quæ uero precium aut gratiam anteferebat: decretum fit uti decem legati regnum quod micipsa obtinuerat inter Iugurtham & Adherbalem diuiderent.Cuius legationis princeps fuit.L.Opimius homo clarus & tum in senatu potens qui consulibusG.graccho &.M.Fuluio flacco interfectis acerrime uictoriam nobilitatis in plebem exercuerat:eum iugurtha tametsi Romæ in amicis habuerat tamen accuratissime recepit. Dando & pollicendo multa perfecit uti famæ.fidei postremo omnibus suis rebus commodum regis anteferret.Reliquos legatos eadem uia aggressus est:plæroscq; capit:paucis carior fides quam pecunia fuit:in diuisione regni quæ pars numidiæ mauritaniam attingit agro uirisq; opulentior iugurthæ traditur:illam alteram specie quam usu potiorem quæ portuosior & edificiis magis exornata erat Adherbal possedit.Res postulare uidetur Africæ situm paucis exponere: & eas gentes cum quibus nobis bellum aut amicitia fuit attingere. Sed quæ loca & nationes ob calorem aut asperitatem inter solitudines minus frequentata sunt:De his haud facile compertum narrauerim.Cætera quam pauciſſimis absoluam.

IN diuisione orbis terræ plærisq; in tertia parte africam posuere. Pauci tantummodo asiam & europam esse:sed africam in europa. Ea fines habet ab occidente fretum nostri maris & oceani ab ortu solis decliuem latitudinem. Quem locum Cathabathon incolæ appellant mare sæuum importuosum.Ager frugum fertilis bonus pecori: arboribus infœcundus cælo terraq; penuria aquarum genus hominum salubri corpore uelox patiens laborum plæroscq; senectus dissoluit:nisi qui ferro:aut bestiis interiere nam morbus haud sæpe quenquam superat:ad hoc malefici generis plurima animalia:sed qui

mortales in initio Africam habuerint quicq; postea accesserint:aut quomodo iter se mixti sūt q̄q̄ ab ea fams:quæ plærosq; optinet diuersum est:tamen ut ex libris punicis qui regis Hiempsalis diceba ē interpretatū est nobis:utiq; rem sese habere cultores eius terræ putant quā paucissimis dicam.Cæterq; fides eius rei penes auctores erit.Africam in initio habuere getuli & libies asperi incultiq;:quis cibus erat caro ferina atq; humi pabulum uti pecoribus.Hi neq; moribus neq; lege aut imperio cuiusq̄ regebantur:uagi palantes qua nox coegerat sedes habebāt sed postq̄ in hispania Hercules sicut afri putant interiit : exercitus eius compositus ex uariis gentibus amisso duce:ac passim multis sibi quisq; imperium petentibus breui dilabitur ex eo numero medi persæ & armenii nauibus in africam transuecti proximos nostro mari locos occupauere.Sed persæ intra occeanum magis.Hiq; alueos nauium inuersos pro tuguriis habuere.Quia neq; materia lignorum in agris:neq; ab Hispanis emendi:aut mutandi copia erat mare magnum & ignara lingua cōmertia prohibebant.Hi persæ paulatim per cōnubia getulos secū miscuere:& quia sæpe tentantes agros alia deinde loca petiuerant: semetipsos numidas appellauere:cæterum adhuc ædificia numidaq; agrestium quæ mappalia illi uocant ob longa in curuis lateribus tecta quasi carinæ nauium sunt.Medii autem & armenii accessere libies:nam hi propius mare africum agitabant:getuli magis erant sub sole haud longe ab ardoribus:hiq; mature oppida habuere:nam freto diuisi ab hispania mature res inter se instituerant.Nomen earum paulatim libies corrupere barbara lingua mauros pro medis appellantes.Sed res persārum breui adoleuit:ac postea Numidæ nomine propter multitudinem a parentibus digressi possidere ea loca quæ proxime carthaginem numidia appellatur.Deinde utriq; alteris fieri:finitimos armis:aut metu sub imperium suū coegere nomen gloriamq; sibi addidere magis hi qui ad nostrq; mare processerant:quia libies quam getuli minus bellicosi.Deinde africæ pars īferior plæraq; a numidis possessa est uicti omnes in gentem nomenq; īperantium cōcessere: postea phœnices alii multitudinis domi minuendæ gratia:pars īperii cupidine solicita plebe & alii nouarum rerum auidi:hipponem adrimetum leptim:aliasq; urbes ī ora maritima condidere hæq; breui multum auctæ:pars originibus suis præsidio alii decori fuere:nam de carthagine silere melius puto quam parum dicere:quoniam alio properare tempus monet. Igit ad cathabatmon qui locus ægyptum ab africa diuidit secondo mari prima cirenæ est:colonia thereon:ac deinceps duæ syrtes inter eas leptis:deinde philenon aræ quem locum ægyptum uersus finem īperii habuere carthaginenses:post aliæ punicæ urbes:cætera loca usq; ad mauritaniam numidæ tenent:proxime hispaniam mauri sunt:super numidiam getulos accepimus partim in tuguriis alios incultius uagos agitare.Post eos ethiopes esse:deinde loca exusta solis ardoribus.Igitur in bello iugurthino plæraq; ex punicis oppida & fines carthaginensium: quos nouissime habuerant populus ro.per magistratus administrabat: getulorum magna ps & numidiæ usq; ad flumen mulucham sub iugurtha erant.Mauris omnibus rex bochus imperitabat præter nomen per cætera ignarus populo ro.itemq; nobis.neq; in bello:neq; in pace antea cognitus erat.De africa & eius incholis ad necessitudinem rei satis dictum est. Postq̄ diuiso regno legati africa discessere:& iugurtha contra timorē animi præmia sceleris adeptū sese uidet:certum esse ratus quod ex amicis apud numantiā acceperat.omnia romæ uenalia ēe simul & eoq; pollicitationibus accensus quos pauloante muneribus expleuerat ī regnum Adherbalis animum intendit:ipse acer bellicosus. At is quem petebat quietus ībellis placido ingenio opportunus iniuriæ metuens magisq̄ metuendus:igitur ex improuiso fines eius cum magna manu īuadit multos mortales cum pecore atq; alia præda capit ædificia īcendit.plæraq; loca hostiliter cum equitatu accedit.Deinde cum oī multitudine ī regnum suum cōuertit:existimans Adherbalem dolore permotum:iniurias suas manu uindicaturq; eaniq; rem belli causam fore.At ille quod neq; se parem armis existimabat & amicitia.p.r.magis q̄ numidis fretus erat:legatus ad iugurtham questum de iniuriis misit:qui tametsi contumelioſa dicta retulerāt prius pati oīa tamē decreuit:quā bellū sumere quia tentatum ante secus cesserat:Neq; eo magis cupido iugurthæ minuetur.Quippe qui totum eius regnum aīo iam inuaserat:itaq; non uti ante cum prædatoria manu:sed magno exercitu comparato bellum gerere cœpit: & aperte totius regni numidiæ imperium petere.Cæterum qua pergebat:urbes agros uastare: p̄das agere:suis animū:hostibus terrorē augere.Adherbal ubi intelligit eo processū uti regnum aut relīquendū aut retinēdū armis eēt:necessario copias parat & iugurthæ obuius pcedit:iterī haud lōge a mari ppe cirthā oppidū:utriusq; exercitus cōsedit:&qa diei extremū erat:p̄lium nō ē iceptum:sed ubi plærunq; noctis processit:obscuro esset tum lumine milites iugurthini

signo dato castra hostium inuadunt semisomnos partim:alios sumentes arma:fugāt fundūtq; Adherbal cum paucis equitibus cyrtham profugit:& ni multitudo togatorū fuisset quæ numidas insequentes a mœnibus prohibuit uno die inter duos reges cœptum atq; patratum bellum foret iugurtha oppidum circunsedit:uineis turribusq;,& machinis omnium generum expugnare aggreditur : maxime festinans tempus legatorum antecapere quos ante prælium factum ab Adherbale romam missos audierat.Sed postq̄ senatus de bello eorum accepit tres adolescentes in africam legantur qui ambos reges adeant senatus populiq; ro.uerbis nunciēt uelle & censere eos ab armis discedere:ita seq; illisq; dignum esse:legati in africam maturantes ueniunt eoq; magis quod romæ dum proficisci parant:de prælio peracto & de oppugnatione cirthæ audiebatur:sed rumor demens erat:quorum iugurtha accepta oratione respondit sibi neq; quicq̄ maius:neq; carius esse auctoritate senatus ab adolescentia ita se enixum:ut ab optimo quoq; probaretur uirtute non malitia.P.Scipioni summo uiro placuisse. Ob easdem artes a micipsa non penuria liberorum in regnum adoptatum esse. Cæterum quod plura bene atq; strennue fecisset eo animum suum iniuriam minus tolerare.Adherbalem dolis uitæ suæ insidiatum:quod ubi comperisset sceleri obuiam isse populum ro.neq; recte pro bono facturum:si ab iure gentium sese prohibuerit:postremo de omnibus rebus legatos Romam breui tempore se esse missurum ita utrinq; digrediuntur.Adherbalis non fuit appellandi copia.iugurtha ubi eos africa discessisse ratus est neq; loci propter naturam cirtham armis expugnare potest: Vallo atq; fossa mœnia circundat turres extruit:easq; præsidiis firmat.præterea die noctuq;:aut per uim aut dolis tentare defensoribus mœnium præmia modo:modo formidinem ostentare suos hortādo ad uirtutem erigere:prorsus intentus cūcta parare Adherbal ubi intelligit omnes fortunas suas in extremo sitas hostem infestum auxilii spem nullam penuria rerum necessariarum bellum trahi non posse ex his qui una cirtham profugerant duos maxime impigros delegit:eis multa pollicendo ac miserando casum suum confirmat:uti per hostium munitiones noctu ad proximum mare:deinde romam pergerent.numidæ paucis diebus iussa efficiunt.Litteræ Adherbalis in senatu recitatæ:quarum sententia hæc fuit.

> On mea culpa sæpe ad uos oratum mitto.p.c.sed iugurthæ uis subegit quem tanta libido extinguendi me inuasit:ut neq; uos:neq; deos immortales in animo habeat:sanguinem meum quā omnia malit:itaq; quintum iam mensē socius & amicus.p.r.armis obsessus teneor:neq; micipsæ patris mei beneficia:neq; uestra decreta auxiliantur:ferro an fame acrius urgear incertus sum:plura de iugurtha scribere dehortat̄ me fortuna mea:etiam ante expertus sum:parum fidei miseris esse:nisi tamen intelligo illum supra quam ego sum petere:neq; simul amicitiam nostram & regnum meum sperare : utrum gra uius existimet nemini occultum est nam in initio occidit Hiēsalem fratrem meum.Deinde patrio regno me expulit:quæ sane fuerint nostræ iniuriæ nihil ad uos. Verum nunc regnū uestrum armis tenet.Me quem uos imperatorem numidis imposuistis clausum obsidet:legatorum uerba quanti fecerit pericula mea declarant.quod reliquum nisi uis uestra:qua moueri possit nam ego quidem uellem & hæc quæ scribo & illa quæ antea in senatu questus sum uana forent:potius quam miseriā mea fidem uobis faceret:sed quoniam eo natus sum ut iugurthæ scelerum ostentui essem iam non morte:neq; erumna:sed tantummodo inimici imperium:& cruciatus corporis deprecor:regno numidiæ quod uestrum est uti libet consulite:me de manibus eripite impiis per maiestatem imperii:per amicitiæ fidē rogo:si ulla apud uos memoria remanet ani mei Masiniſſæ.His litteris recitatis:fuere qui africam exercitum mittendū censerent quamprimum Adherbali subueniendum de iugurtha interim uti consuleret: quoniam non paruisset legatis:sed ab iisdem eius fautoribus regis summa ope enixum est: ne tale decretum fieret ita bonum publicū ut in plæriscq; negociis solet fieri priuata gratia deuictū legant̄ tamē in africā maiores natu nobiles amplis honoribus usi in quis fuit.M.Aemilius Scaurus de quo supra memorauimus consularis:& tum in senatu princeps:hi quod iugurthæ inuidia res erat simul & a numidis obsecrari triduo nauem ascendere:deinde breui uticam pulsi:litteras ad iugurtham mittunt: quamocissime ad prouinciam accedat:sese ad eum ab senatu missos.Ille ubi accepit homines claros quorum auctoritatem romæ pollere audierat contra incœptum suum uenisse:primo cōmotus metu atq; libidine diuersus agitabat̄. Timebat irā senatus nisi paruisset legatis Porro animus cupidine cœcus ad incœptum scelus rapiebat̄ Vicit tamē auido ingenio prauū cōsiliū:igit̄ exercitu circūdato sūma ui i cirthā irrūpere nitritur:maxie sperās deducta manu hostiū:aut ui:aut dolis sese casū uictoriæ iuentur̄: quod ubi

secus procedit:neq; quod intenderat efficere potest ut prius q̃ legatos conuenirent Adherbalis potiretur ne amplius morando scaurum quem plurimum metuebat incenderet:cum paucis equitibus in prouinciam uenit.Ac tametsi senatus uerbis graues minæ nunciabãtur:quod ab oppugnatione non desisteret:multa tamen oratione consumpta legati frustra discessere: ea postq̃ cirthæ audita sunt:italici quorum uirtute defensabantur mœnia confisi deditione facta propter magnitudinem populi ro.inuiolatos sese fore Adherbali suadent uti seq; & oppidum iugurthæ tradat tantum ab eo pacificatur uitam de cæteris senatui curæ fore.At ille tametsi omnia potiora fide iugurthæ rebatur tamen quia penes eosdem:si aduersaretur cogendi potestas erat:ita uti consuluerant italici deditionem facit.

Vgurtha in primis Adherbalem excruciatum necat:deinde omnes puberes numidas atq; negociatores promiscue uti quisq; armatus obuius fuerat interfecit.Quod postq̃ cognitum est romæ & res in senatu agitari cœpit idem ipsi ministri regis interpellando:ac sæpe gratia interdum iurgiis trahendo tempus:atrocitatem facti lenie bant.Ac ni.C.Memius tri.ple.designatus uir acer & infestus potentiæ nobilitatis populũ ro. edocuisset id agi ut per paucos factiosos scelus iugurthæ condonaretur:profecto omnis inuidia prolatandis consultationibus dilapsa foret.Tãta uis pecuniæ atq; gratiæ regis erat:sed ubi senatus delicti conscientia populum timet:lege sempronia proninciæ futuris consulibus numidia atq; italia decretæ sunt consulesq; declarati sunt.P.Scipio nasica.L. Bestia Calphurnius numidia Calphurnio:scipioni italia obuenit:deinde exercitus qui in africam portaretur scribitur:stipendium aliaq; quæ bello usui forent decernuntur.At Iugurtha:contra spem nuntio accepto:quippe cui romæ omnia uænum ire in animo hæserat:filium & cum eo duos familiares ad senatum legatum mittit. Hisq; uti illis quos Hiensale interfecto miserat præcepit ut mortales omnes pecunia agrediantur.Qui postq̃ romam aduentabant senatus a Bestia consultus est placet ne legatos Iugurthæ recipi mœnibus.Hiq; decreuere nisi regnum ipsumq; deditum uenissent:uti diebus proximis deeẽ italia decederent:consul numidis ex senatus decreto nunciari iubet:ita interfectis rebus illi demum discedunt:iterim Calphurnius parato exercitu legit sibi homines nobiles factiosos quorum auctoritate quæ deliquisset munita fore sperabat:in quis fuit scaurus,cuius de natura & habitu supra memorauimus nam in consule nostro multæ bonæq; artes animi & corporis erant:quas omnis auaritia præpediebat patiẽs laboris:acri ingenio:satis prouidens:belli haud ignarus firmissimus cõtra pericula:& insidias sed legiones per italiam regium atq; inde siciliam:porro ex sicilia in africam transuectæ sunt: igitur calphurnius initio paratis cõmeatibus acriter numidiam ingressus est:multosq; mortales & urbes aliquot pugnando cœpit. Sed ubi iugurtha pecunia per legatos tentare : belliq; quod administrabat asperitatem ostendere cœpit animus æger auaritia facile conuersus est : cæterum socius & minister omnium consiliorũ assumitur scaurus qui tametsi a principio plærisq; ex factione eius corruptis acerrime regem impugnauerat:tamen magnitudine pecuniæ a bono honestoq; in paruum abstractus est.Sed Iugurtha primo tantummodo belli moram redimebat existimans se interim aliquid romæ pretio aut gratia effectũ:postea uero quã participem negocii scaurum acceperat ĩ maximam spẽ adductus recuperãdæ pacis statuit cũ eis de omnibus pactionibus præsens agere:cæterũ interea fidei causa:mittit a cõsule sextus quæstor in oppidum Iugurthæ uaccam cuius rei species erat acceptio frumenti:quod Calphurnius palã legatis impauerat:quoniã deditionis mora ĩdutiæ agitabant:igit rex uti cõstituerat in castra uenit ac pauca præsenti cõsilio locutus de iuidia sui facti:atq; uti ĩ deditionẽ accipetur: reliqua cum Bestia & scauro secreta transegit.Deide postero die Persaritiam legẽ sententiis exquisitis ĩ deditionẽ accipit:sed uti pro consilio ĩperatũ erat elephãti.xxx.pecus atq; æqui multitudo non paruo argẽti põdere quæstori traduntẽ Calphurnius romã ad magistratus rogãdos proficiscit iterea ĩ numidia & ĩ exercitu nostro pax agitabatur.Postq̃ autem res ĩ africa gestas modo quoq; actæ forẽt fama diuulgauit:Romæ per oẽs locos: & cõuentus de facto consulis agitari apud plebem magna iuidia orta est:patres solicitati erant:probarẽt ne tantũ flagitium an decretũ consulis subuerterẽt pax cõstabat.Ac maxime eos potẽtia Scauri qđ his auctor & socius Bestiæ ferebatur a uero bonoq; ĩpediebat.At.C Memius cuius de libertate ĩgenii:& odio potẽtiæ nobilitatis supra diximus:inter dubitationem:& moras senatus contionibus populũ ad uidicandũ hortari:monere:ne rempu.ne libertatem suã deserẽrent multa superba & crudelia facinora nobilitatis ostendere:prorsus ĩtentus omni modo plebis animũ accendebat sed quoniam ea tempestate romæ mẽmii facundia clara pollensq; fuit:decere existimaui unam

ex tam multis orationibus eius perscribere. Ac potissimum eam dicam quam in contiõe post reditum Bestiæ huiuscemodi uerbis disseruit.

Vlta me dehortantur a uobis quirites: nisi studium reipu. omnia superet opes factionis uestra patientia ius nullum: ac maxime quod innocentiæ plus periculi quã honoris est: nam illa quidem piget dicere his annis quindecim q̃ ludibrio fuistis superbiæ paucorꝝ q̃ fœde quanq; inulti perierint defensores uestri: ut uobis aius ab ignauia atq; socordia corruptus sit: qui nec nunc quidem obnoxii inimicis exurgitis: atq; etiam nunc timetis eos quibus uos deceret terrori esse: sed quanq̃ hæc talia sunt: tamen obuiam ire factionis potentiæ animus subigit: Certe ego libertatem: quæ mihi a parente meo tradita est experiar. Verum id frustra an ob rem faciam ĩ uestra manu situm ẽ quirites: neq; ego uos hortor quod sæpe maiores uestri fecere uti contra iniurias armati eatis: nihil ui: nihil secessione opus est necesse est suomet ipsi more præcipites eant. Occiso Tyberio Gracco quem regnum sibi parare aiebant in plebem romanam graues questiones habitæ sunt. Post. C. Gracchi &. M. Fuluii cædem: item uestri ordinis multi mortales in carcere necati sunt: Vtriusq; clãdis non lex uerꝝ libido eorꝝ finem fecit: sed sane fuerit regni reparatio plebi sua iura restituere quicquid sine sanguine ciuium ulcisci nequid iure factum sit: superioribus annis tacitꝰ indignabamini ærarium expilari: reges & populos liberos paucis nobilibus uectigal pẽdere penes eosdem & summam gloriam & maximas diuitias esse: tamen hæc talia facinora impune suscepisse parum habuere. Itaq; postremo leges maiestas uestra iura diuina & humana omnia tradita sunt hostibus: neq; eos qui ea fecere pudet aut pœnitet sed incedunt per ora uestra: magnifice sacerdotia & cõsulatus pars ostentantes suos triumphos perinde quasi honori ea nõ præda habeant serui ære parati iniusta imperia dominorꝝ non perferunt. Vos quirites in ĩperio nati æquo animo seruitutẽ toleratis? At qui sũt hi qui répu. occupauere: hoies sceleratissimi cruentis manibus ĩmani auaritia: nocẽtissimi: idẽq; superbissimi: quibus fides: decus: pietas: postremo honesta: atq; ihonesta omnia quæstui sunt pars eorꝝ occidisse tri. ple. alii questiones ĩiustas plæriq; cædem in uos feciſſe pro munimento habent. Itaq; quam quisq; pessime fecit tam, maxime tutus est metum a scelere suo ad ignauiam uestram transtulere: quos oẽs eadẽ cupere: eadem odisse: eadẽ metuere in unũ cogit: sed hæc inter bonos amicitia: inter malos factio est. Quod si tam uos libertatis curã haberetis quã illi ad doiationẽ accẽsi sunt: profecto neq; respu. sicuti nunc uastaretur: & beneficia uestra penes optimos non apud audacissimos forent: maiores uestri parandi iuris & maiestatis constituẽdæ gratia per secessionẽ armati: Auẽtinũ montem bis occupauere uos pro libertate quam ab illis accepistis: nõne sũma ope nitemini? atq; eo uæhementius quo magis dedecus est parata amittere quã oĩo non parauisse. Dicet aliquis quid ergo censes uidicandũ in eos qui hosti prodidere rẽp. nõ manu neq; ui? quod magis uobis feciſſe quã illis accidisse ĩdignum est. Verꝝ questionibus & ĩditio eius: iugurthæ qui si deditus est profecto iussis uestris obediens erit. Sin ea contemnet scilicet existimabitis: qualis illa pax aut deditio sit: ex qua ad iugurtham scelerꝝ ĩpunitas ad paucos potentes maxie diuitiæ: ad remp. damna atq; dedecora peruenerũt nisi fore nondũ etiam uos doiationis eorꝝ satietas tenet: & illa quam hæc tẽpora placent magis: cum regna: prouinciæ: leges: iura iudicia: bella: atq; paces: postremo diuina & humana omnia penes paucos erant. Vos autem hoc est, P. R. inuicti ab hostibus ĩperatores oĩum gentium satis habebatis animam retinere. Nam seruitutem quidẽ quis uestꝝ recusare audebat? At ego tametsi uiꝝ flagitiosum existimo ĩpune ĩniuriam accepisse: tamen uos hoibus sceleratissimis ignoscere: quoniam ciues sunt æquo animo paterer nisi misericordia uestra ĩ perniciem casura esset: nam & illi quantum ĩopportunitatis habẽt. Paꝝ est ĩpune male feciſſe: nisi deide faciundi licentia eripiatur: & uobis æterna sollitudo remanebit: cum ĩtelligetis aut seruiendũ esse aut per manus libertatem retinendã. nã fidei q̃dẽ aut cõcordiæ q̃ spes ẽ? doiari illi uolũt uos liberi ẽe: facere illi ĩiurias uos ,phibere: postrẽo sociis uris ueluti hostibus, p sociis utũt. Põt ne ĩ tã diuersis mẽtibus pax aut amicitia eẽ? Quare mõeo hortorq; uos ne tãtũ scelus ĩpũitũ omittatis: nõ peculatus ærarii factus ẽ: neq; p uĩ sociis ereptæ pecũiæ: q̃ q̃q̃ grauia sint tamẽ pro cõsuetudie iã, p nihilo habẽt hosti acerrimo prodita senatus auctoritas proditũ ĩperiũ uestꝝ ẽ domi militiæq;. P. R. uenalis fuit: quæ nisi quæ sita erũt: nisi uidicatũ ĩ noxios: quid erit reliquũ nisi illis qui ea fecere obedientes uiuamus? nã ĩpune quod libet facere id est regem esse: neq; ego uos quirites hortor ut malitis ciues uestros perperam quam recte feciſſe: sed ne ignoscendo malis bonos perditum eatis. Adhæc ĩ repu. multo præstat beneficii q̃ maleficii ĩmemores esse: bonus tantummodo segnior fit ubi ne-

gligas at malus ĩprobior fit ad hoc ſi iniuriæ non ſint: haud ſæpe auxilii egeas.

æc atq; alia huiuſcemodi ſæpe in dicendo Memius popu. roma. perſuadet ut. L. Caſſius qui tum prætor erat ad iugurtham mitteret: eumq; interpoſita fide publica: Romam duceret: quo facilius iditio regis ſcauri & reliquoꝝ quos pecuniæ captæ arceſſebant delicta patefierent. Dum hæc Romæ gerũt qui ĩ numidia relicti a Beſtia exercitui præerant: ſecuti moré ĩperatoris ſui plurima & flagitioſiſſima facinora facere: fuere qui auro corrupti elephantes iugurthæ traderent. Alii perfugas uendere: pars ex pacatis prædas agere. Tanta uis auaritiæ aĩos eoꝝ ueluti tabes iuaſerat. At Caſſius prætor perlata rogatione po. ro. a. C. Memio ac perculſa oĩ nobilitate timore ad Iugurtham proficiſcit: eiq; timido & ex conſcientia difidéti rebus ſuis perſuadet: quo populo ro. ſe dediſſet: neu uí quam miſericordiam experiri mallet: priuatim præterea fidé ſuã ĩterponit. quam ille non minoris p̃ cii q̃ fidé publicã ducebat. Talis ea tempeſtate fama de Caſſio erat ligit iugurtha contra decus regium quam maxime miſerabili cultu cum Caſſio Romam uenit. At tametſi in ipſo magna uis animi erat confirmatus ab omnibus: quoꝝ potentia aut ſcelere cũcta ea geſſerat quæ ſupra diximus. C. tamen Bebium tribunum plæbis magna mercede parat. Cuius ĩpudenti cõtra ius & omnes iniurias fore: at. C. Memius aduocata contione quãq; regi ifeſta plæbs erat & pars in uincula duci iubebat: pars interfici niſi ſocios ſceleris ſui aperiret: more maiorum de hoſte ſupplicium ſumi dicebat: dignitati magis quã iræ conſulens: ſedare motus & animos eoꝝ mollire: poſtremo confirmare fidem publicã per ſe inuiolatã fore. Poſt ubi ſilentium cœpit fieri in populo: producto iugurtha. C. M. uerba fecit. Romæ numidiæq; facinora eius memorat: ſcelera in patrem: fratreſq; oſtendit quibus iuuantibus quibuſq; miniſtris ea egerit: quãq; intelligat populus ro. tamen dicit ſe uelle manifeſte magis ex illo habere ſi uera aperiret ĩ fide: & in clæmentia populi ro. magnã ſpem illi ſitã. Sin reticeat nõ ſociis ſaluti: ſed ſe ſuaſq; fore res corruptuꝝ. Deinde ubi Memius dicendi finem facit & iugurtha reſpondere iuſſus eſt. C. Bebius tri. pl. quem pecunia corruptum ſupra diximus iugurthã regẽ tacere iubet: ac tametſi multitudo quæ in contione aderat: uæheméter accenſa terrebat eum cum clamore: uultu ſæpe impetu atque aliis oĩbus quæ ira fieri amat uicit tamen impudentia Bebii. Ira populus ludibrio habitus ex concione diſceſſit iugurthæ Beſtiæque & cæteris quos illa queſtio exagitabat aĩ augeſcũt. Ea erat tempeſtate romæ numida quidam nomine maſiua guluſſæ filius maſiniſſæ nepos: qui quia in diſſenſione regum Iugurthæ aduerſus fuerat dedita Cirtha & Adherbale interfecto profugus ex africa abierat: huic albinus ſpurius qui proximo anno poſt Beſtiam cũ Quinto Munitio ruffo conſulatũ gerebat perſuadet: quoniã ex ſtirpe maſiniſſæ ſcit iugurtham ob ſcelera iuidia cũ metu urgeat: regnũ numidiæ ab ſenatu ut petat. Auidus cõſul belli gerũdi mouere quã ſeneſcere oĩa malebat. Ipſi numidia prouincia: macedonia munitio euenit: quæ poſtq̃ maſiua agitare cœpit: neq; iugurthæ in amicis ſatis præſidii eſſe: quia eorũ alia conſciẽtia: alium mala fama & timor ĩpediebat bomilcari proximo ſibi & maximo fido ĩperat pretio ſicuti multa cõfecerat ut iſidiatores meſiuæ præparet: ac maxĩe occulte: ſin id parum procedat quouis modo numidã iterficiat. Bomilcar mature regis exequitur mandata & p̃ homines talis negocii artifices itinera egreſſuſq; eius: poſtréo loca atq; tẽpora cũcta explorat. Ac deinde ubi res poſtulabat: inſidias tendit. Igitur unus ex eo numero: qui ad cædẽ parati erant paulo inconſultius maſiuam aggreditur: illũq; obtruncat. Sed ipſe deprehenſus multis hortantibus. & in primis Albino conſule iditiũ profitetur. Fit reus magis ex æquo: & bono q̃ ex iure gentium Bomilcar comes: qui Romam fide publica uenerat. At iugurtha manifeſtus tanti ſceleris non prius omiſit contra ueꝝ niti: q̃ animaduertit ſuper gratiam atq; pecuniam ſuam inuidiam facti ſui eſſe. igitur q̃q̃ ex amicis in priori pactione quiquagĩta uades dederat: regno magis q̃ uadibus conſulens clã dimittit in numidiam Bomilcarem: ueritus ne reliquos populares metus iuaderet parendi ſibi: ſi de illo ſupplicium ſũptũ foret: & ipſe paucis diebus eodem profectus eſt: iuſſus a ſenatu ab italia diſcedere. Sed poſtq̃ roma egreſſus é: ferẽ eo ſæpe tacitus reſpiciẽs: poſtréo dixiſſe urbẽ uænalẽ: & mature peritura ſi emptoré iuenerit.

Nterim albinus renouato bello cõmeatũ ſtipendiũ: aliaq; quæ militibus uſui foret maturat in africam portare: ac ſtati ipſe profectus eſt uti ante comitia: quod tẽpus aut longe aberat: armis aut deditione: aut quouis modo bellũ conficeret. At cõtra Iugurtha trahere omnia & alias: deinde alias cauſas more facere: polliceri deditionem: ac deinde metũ ſimulare: cedere inſtanti: & paulopoſt ne ſui diffiderent inſtare: ita belli modo: modo pacis mora conſulem ludificare: ac fuere qui tũ albinũ haud ignaꝝ coſilii regis

existimarent. Neqꝫ ex tanta properantia tam facile tractum bellum ſocordia magis q̃ dolo cre derent. Sed poſtq̃ dilapſo tempore comitiorum dies aduentabat albinus: aulo fratre relicto in caſtris pro prætore Roma diſceſſit. Ea tempeſtate Romæ ſeditionibus tribunitiis atrociter reſpublica agitabatur. P. Lucilius & lucinus annius tribuni plæbis continuare magiſtratũ reſiſtentibus collegis nitebanť. Quæ diſceſſio totius anni comitia impediebat. Ea mora in ſpem adductus aulus: quem prætorẽ i caſtris: relictũ ſupra diximus: aut conficiendi belli cauſa: aut terrore exercitus ab rege pecuniæ capiũdæ: milites menſe ianuario ex hybernaculis in expedi tionẽ euocat. Magniſqꝫ itineribus hyeme aſpera peruenit ad oppidũ ſubthul: ubi regis theſauri erant: quod quãq̃ ſeuitia temporis & opportunitate loci neqꝫ capi: neqꝫ obſideri poterat: nã circũ murũ ſitum i prærupi montis extremo margine planities limoſa hyemalis aquis paludẽ fecerat: tamẽ aut ſimulandi gratia: quo regi formidinẽ adderet: aut cæcus cupidine ob theſauros oppidi potiũ di uineas agere: aggerem iacere: aliaqꝫ quæ incœpto uſui forent præparare At iugurtha cognita uanitate: atqꝫ iperitia legati ſubdole eius augere dementiã miſſitare ſupplicantes legatos. Ipſe quaſi uitabundus per ſaltuoſa loca & tramites exercitum ductare. Deinde aulum ſpe pactionis perpulit: uti relicto ſubthule in abditas regiones ſeſe ueluti cedentẽ inſequeretur. Ita delicta occultiora fuere interea per homines callidos die noctuqꝫ exercitum tentabat: centuriones duceſqꝫ turmaſqꝫ partim uti tranſfugerent ad ſe corrũpere: alii ſigno dato locum uti deſererent: quæ poſtq̃ ex ſententia inſtruit intẽpeſta nocte: de iprouiſo cũ multitudine numidaſqꝫ auli caſtra circũuenit. Milites romani tumultu perculſi inſolito arma capere alii ſeſe abdere pars territos confirmare. Trepidare omnibus locis uis magna hoſtiũ: cælũ obſcuraſqꝫ nubibus atqꝫ nocte periculũ anceps. Poſtrẽo fugere an manere tutius foret incerto erat ſed ex eo numero quos paulo ante corruptos diximus: cohors una liguraſqꝫ cum duabus turmis trachum & paucis ex gregariis militibus tranſiere ad regem: & centurio primipili tertiæ legionis per munitionem quã uti defenderet acceperat: locũ hoſtibus introeundi dedit. Eaqꝫ numidæ cuncti irrupere. Noſtri fuga fœda plæriqꝫ abiectis armis proximũ collem occupauere: nox atqꝫ præda caſtroſqꝫ hoſtes quominus uictoria uterenť remorata ſũt. Deinde iugurtha poſtero die cum aulo in colloquio uerba fecit tametſi ipſũ cum exercitu fame & ferro clauſũ teneret: tamen ſe dicens humanaſqꝫ regi memorẽ ſi ſecũ faceret fœdus: pacem incolumes oẽs ſub iugũ miſſuraſqꝫ: præterea uti diebus decem a numidia decederent. Quæ quãq̃ grauia & flagitii plena erant: tamẽ quia mortis metu mutabanť: ſicuti regi libuerat pax euenit. Sed ubi ea Romæ comperta ſunt: metus atqꝫ mœror ciuitatẽ inuaſere pars dolere pro gloria iperii: pars inſolita bellicaſqꝫ regi timere libertati. Aulo omnes infeſti: ac maxime qui bello ſæpe præclari fuerant: quod armatus cum dedecore potius quam manu ſalutẽ quæſierat. Ob ea conſul albinus ex delicto fratris inuidiam ac deinde periculum timens: ſenatũ de fœdere conſulebat: & tamẽ interi exercitui ſupplementũ ſcribere: a ſociis & nomine latino auxilia arceſſere. Deniqꝫ oĩbus modis feſtinare ſenatus uti par fuerat decernit ſuo atqꝫ populi ſine iuſſu nullo potuiſſe fœdus fieri conſul ipeditus a tri. pl. ne quas parauerat ſibi copias ſecum portaret paucis diebus i afri cam proficiſcitť: nã oĩs exercitus uti cõuenerat: numidia deductus i prouĩcia hyemabat. Poſtq̃ eo uentũ eſt quãq̃ perſequi iugurtham & mederi fraternæ inuidiæ aĩus ardebat: cognitis militibus quos præter fugam ſoluto iperio licentia atqꝫ laſciuia corruperat. Ex copia regi ſtatuit ſibi nihil agendũ: interi Romæ, C. Mamilius limentinus tr. pl. rogationẽ ad populũ promulgat: uti quererẽtur in eos: quoꝫ conſilio iugurtha ſenatus decreta neglexiſſet: quiqꝫ ab eo in legationibus aut iperiis pecunias accepiſſent: qui elephantos quiqꝫ perfugas tradidiſſent: item qui de pace aut bello cum hoſtibus pactiones feciſſent huic rogationi parti conſcii ſibi: alii ex partiũ iuidia pericula metuentes: quoniã aperte reſiſtere non poterant quin illa & alia talia placere ſibi faterenť: occulte per amicos: ac maxime per homines latini nominis & ſocios itali eos ipedimenta parabant: ſed plæbs icredibile: memoratu eſt q̃ intenta fuerit: quantaqꝫ ui rogationẽ iuſſerit & decreuerit & uoluerit: magis odio nobilitatis cui mala illa parabanť quam cura po. ro. tanta libido i partibus erat. Igitur cæteris metu perculſis. M. ſcaurus quem legatũ beſtiæ ſupra docuimus inter licentiã plæbis & ſuoꝫ fugam trepida etiã tũ ciuitate: cũ ex mamilii rogatione tres quæſtores rogarentur effecerat: uti ipſe i eo numero crearetť: ſed queſtiõe exercitata aſpere uiolenterqꝫ ex rumore & libidĩe plæbis: ut ſæpe nobilitatẽ: ſic ea tempeſtate plæbem ex ſecũdis rebus inſolentia cœperat. Cæteraqꝫ mos partiũ populariũ & ſenatoꝫ factionũ: ac deĩde oĩum malaꝫ artiũ paucis ante annis ortus eſt romæ: ocio atqꝫ abundantia earum reꝝ quæ prĩa mortales ducũt: nã ante carthaginẽ deletã populus & ſenatus ro. placide mode-

ſteq; inter ſe:r.p.tractabant.Neq; gloriæ:neq; dominationis certamen inter ciues erat:metus hoſtilis in bonis artibus ciuitatē retinebat.Sed ubi illa formido mētibus diceſſit ſcilicet ea quæ res ſecundæ amant laſciuia atq; ſuperbia inceſſere.Ita quod in aduerſis rebus optauerāt: ociū poſtq̄ adepti ſunt aſperius acerbiuſq; fit.Nanq; cœpere nobilitas ſuam dignitatem ī dominationem.P.libertatem ī libidinem uertere ſibi quiſq; ducere:trahere: rapere:ita omnia in duas partes abſtracta ſunt:r.p.quæ media fuerat eſt dilacerata.Cæteꝝ nobilitas factione magis pollebat:plæbis uis ſoluta atq; diſperſa in multitudie minus poterat:paucoꝝ arbitrio belli:domiq; po.ro.agitabaſ penes eoſdem ærariū prouiciæ magiſtratus gloriæ triūphiq; erant: P.malitia atq; inopia urgebatur prædas bellicas īperatores cū paucis diripiebant. Interea parē tes aut parui liberi militum:uti quiſq; potentiori affinis erat:ſedibus pellebantur. Ita cū potē tia auaritia ſine modo modeſtiaq; inuadere:polluere & uaſtare omnia nihil penſi neq; ſancti habere:quo ad ſemetipſam præcipitauit:nam ubi primum ex nobilitate reperti ſunt:qui uerā gloriam iniuſtæ potētiæ anteponerent:moueri ciuitas &ꝰdiſſenſio ciuilis quaſi permixtio terræ oriri cœpit nam poſtq̄ Tyberius &.C.Gracchus: quorum maiores punico atq; aliis bellis multū reip.addiderant:uendicare plæbem in libertatem & paucoꝝ ſcelera patefacere cœpere nobilitas noxia atq; eo perculſa modo per ſocios ac per nomen latinū interdū per equites. R. quos ſpes ſocietatis a plæbe dimouerat gracchoꝝ actionibus obuiam ierat.& primo Tyberium:deinde paucos poſta annos opera eadem aggrediūtur.C.tribunū pl.Alteꝝ triumuiroꝝ coloniis deducendis cum.M. Fuluio flacco ferro necauerat: & ſane gracchis cupidine uictoriæ haud ſatis moderatus animus fuerat.Sed bono uinci ſanctius eſt q̄ malo more iniuriā uicere. Igitur ea uictoria nobilitas ex libidine ſua uſa multos mortales ferro aut fuga extinxit:plus in reliquū ſibi timoris quam potentiæ addidit. Quæ res plærunq; magnas ciuitates peſſūdedit:dum alteri alteros uincere quouis modo & uictos acerbius ulciſci uolunt.Sed de ſtudiis p tiū & oībus ciuitatis moribus:ſi ſigillatim aut pro magnitudine preparem diſſerere tempus q̄ res maturius me deſeret.Quamobrem ad incœptum redeo.

Oſt auli fœdus exercituſq; noſtri fœdam fugam:Metellus & Sillanus conſules deſignati:prouincias inter ſe partiuerant:Metelloq; numidia euenerat:acri uiro: & quanq̄ aduerſo partibus populi:fama tamen æquali & inuiolata: his ubi primum magiſtratus ingreſſus eſt:alia omnia ſibi cum collega ratus ad bellum quod geſturus erat animū ītendit igitur diffidens ueteri exercitui milites ſcribere:præſidia undiq; arceſſere:arma:tæla:equos:& cætera iſtrumenta militiæ parare:ad hoc cōmeatū affatim deniq; oīa quæ bello uario & multaꝝ reꝝ egenti uſui eſſe ſolent cæterum ad ea patranda ſenatus auctoritate ſocii nomenq; latinum:& reges ultro auxilia mittendo:poſtremo oīs ciuitas ſūmo ſtudio annitebantur:igitur ex ſententia omnibus rebus paratis compoſitiſq; in numidiam proficiſcitur magna ſpe ciuium:tum propter bonas artes tum maxime quod aduerſum diuitias in uictum animū gerebat:& auaritia magiſtratuū āte id tempus in numidia noſtræ opes contuſæ hoſtiūq; auctæ erant.Sed ubi in africam uenit exercitus ei traditur a ſpurtio albino procōſule iners imbellis:neq; periculi neq; laboris patiens lingua quam manu promptior prædator ex ſociis & ipſe præda hoſtium ſine īperio & modeſtia habitus:ita īperatori nouo plus ex malis moribus ſolicitudinis quam ex copia militum auxilii aut bōæ ſpei accedebat.Statuit tamē metellus:quāq̄ & æſtiuoꝝ tempus comitioꝝ:mora imminuerat & expectatione euentus ciuiū aīos intentos putabat:non prius bellum attingere quam maioꝝ diſciplina milites labora re coegiſſet.Nam albinus Auli fratis exercituſq; clade perculſus poſtq̄ decreuerat non egredi prouincia quantum temporis æſtiuoꝝ īperio fuit plærunq; milites in ſtatutis caſtris habebat:niſi cum odor aut pabuli egeſtas locum mutare coegerat.Sed neq; more militari uigiliæ ducebantur uti cuiq; libebat ab ſignis aberat:lixæ præmixti cum militibus die noctuq; uagabantur:& palantes agros uaſtare:uillas expugnare:pecoris & mancipioꝝ prædas certantes agere:eaq; mutare cum mercatoribus pro uino aueƈtitio & aliis talibus.Præterea frumentū publice datū uendere panem in diem mercari:poſtremo quæcunq; dici aut fingi queūt ignauiæ luxuriæq; probra in illo exercitu fuere & amplius alia:ſed in ea difficultate metellū non minus q̄ in rebus hoſtilibus magnum & ſapientem uiꝝ fuiſſe cōperio:tāta tēpantia ītēr ambitiōné ſeuitiāq; moderatū.Náq; edicto primo ad iumēta ignauiæ ſuſtuliſſe dicit:ne qſq̄ ī caſtris panē aut quē aliū coctū cibū uēderet:ne lixæ exercitū ſeq̄rent ne miles gregarius ī caſtris neu ī agmine ſeruū aut iumentū haberet.Cæteris arte modū ſtatuiſſe.Præterea trāſuerſis itineribus quottidie caſtra mouereiuſta: ac ſi hoſtes adeſſent uallo atq; foſſa caſtra munire. Vigilias

crebras ponere & eas ipſe cũ legatis circũire.Item in agmine in primis modo:modo in poſtremis ſæpe in medio adeſſe:ne quiſq̃ ordine egrederetur:ut cum ſignis frequentes incederent: miles cibũ & arma portaret.Ita prohibendo a delictis magis q̃ uindicando exercitũ breui confirmauit tempore interea Iugurtha ubi quæ metellus agebat ex nuntiis accepit:ſimul de innocentia eius certior romæ factus:diffidere ſuis rebus:ac tum demũ uerã deditionẽ conatus facere eſt.Igitur legatos ad conſulẽ cũ ſuppliciis mittit.Qui tantũmodo ipſi:liberiſq̃ uitã peterent:alia oĩa dederent po.ro.ſed metello iam ante experimẽtis cognitũ erat numidaꝝ genus ĩ fidũ:ĩgenio mobili nouaꝝ rerũ auidum eſſe:ita legatos;aliũ ab alio digreſſus aggredit:ac paulatĩ tentãdo:poſtq̃ opportunos ſibi cognouit multa pollicendo perſuadet uti iugurthã maxĩe uiuũ ſin id paꝝ procederet:necatũ ſibi traderent:cætera palã quæ ex uoluntate forent regi nũciare iubet.Deinde ipſe paucis poſt diebus intento atq; infeſto exercitu in numidiã procedit. Vbi contra faciem belli tuguria hoĩum plena pecora:cultoreſq; in agris erant ex oppidis & mapalibus præfecti regis obuiã procedebant.parati frumentũ dare cõmeatũ portare. Poſtremo oĩa quæ ĩperarentur facere:neq; metellus iccirco minus:ſed pariter ac ſi hoſtes adeſſẽt munito agmine ĩcedere:late explorare:oĩa illa deditionis ſigna oſtentui credere.& iſidiis locũ tentare.Itaq; ipſe cũ expeditis cohortibus item funditoꝝ & ſagiptarioꝝ delecta manu apud primos eat.In poſtremo . C.Marius legatus cum equitibus curabat:i utrũq; latus auxiliarios eq tes tribunis legionũ:& præfectis cohortũ diſpartiuerat:ut cum his permixti uelites quocũq; accederent:equitatus hoſtiũ propulſarent.Nã in iugurtha tantus dolus:tantaq; peritia locoꝝ & militiæ erat:ut abſens:pacem an bellũ gerens pernicioſior eſſet ĩcerto haberet:Erat haud longe ab eo itinere quo metellus pergebat oppidũ numidiã noĩe Vacca foꝝ regꝝ uenaliũ totius regni:maxime celebratũ:ubi & ĩcolere & mercari conſueuerant italici generis multi mortales.Huic conſul tentandi gratia:& ſi paterent opportunitates loci præſidiũ ĩpoſuit. Præterea ĩperauit frumentũ:& alia quæ uſui bello forent comportare:ratus id quod res monebat: frequentiã negociatoꝝ:& cõmeatũ iuuatuꝝ exercitũ etiã paratis rebus munimento fore.Inter hæc negocia iugurtha ĩpenſius modo legatos ſupplices mittere:pacẽ orare.præter ſuã libertatẽq; uitã oĩa metello dedere.Quos uti priores conſul illectos ad proditionẽ domũ mittebat regi pacem quam poſtulabat:neq; abnuere:neq; polliceri:& inter eas moras promiſſa legatorũ expectare.Iugurtha ubi metelli dicta cũ factis comparauit:ac ſe ſuis artibus tentari animaduertit.Quippe cui pax uerbis nunciabat:cetera re bellum aſperrimũ erat: urbs maxima alienata: ager hoſtibus cognitus animi populariũ tentati:coactus regꝝ neceſſitudine ſtatuit armis certare.Igitur explorato hoſtiũ itinere in ſpem uictoriæ adductus ex opportunitate loci: q̃ maxĩas poteſt copias omnium generꝝ parat:ac per tramites occultos exercitũ metelli anteuenit. Erat ea parte numidiæ quam adherbal in diuiſione poſſederat flumen oriens a meridie noĩe muthul:a quo mons aberat ferme milia.xx.paſſuũ tractu pari uaſtus omni ab natura & humano cultu alienatus:ſed ex eo medio quaſi collis oriebat in ĩmenſũ pertingens ueſtitus oleaſtro: ac mirtis aliiſq; generibus arboꝝ:quæ humo arida atq; harenoſa gignunt.Media autem planities deſerta penuria aquæ præter flumini propinqua loca ea conſita arbuſtis pecore atq; cultoribus frequentabant.Igit in eo colle: quem tranſuerſo itinere porrectũ docuimus : iugurtha extenuata ſuoꝝ acie conſedit:elephantis & parti copiaꝝ pedeſtriũ Bomilcharẽ præfecit:eũq; edocet quæ ageret:ipſe propius montẽ cũ oĩ equitatu & peditibus delectos collocat. Deinde ſingulas turmas & manipulos circũiens monet atq; obteſtat:uti memores priſtinæ uirtutis & uictoriæ:ſeſe regnũq; ſuum ab romanoꝝ auaritia defendant.Cũ his certamen fore:quos antea uictos ſub iugũ miſerũt.Ducem illis non aĩum mutatũ:quæ ab ĩperatore decuerũt omnia ſuis prouiſa:locũ ſuperiorem ut prudentes cũ ĩperitis ne pauciores cum pluribus ; aut rudes bello cum melioribus manũ conſererent:parati proinde intentiq; eſſent ſigno dato romanos ĩuaderent illum diẽ:aut oẽs labores & uictorias confirmaturꝝ:aut maximaꝝ erumnaꝝ initium fore.Ad hoc uiriũ uti quenq; ob militare facinus pecunia aut honore extulerat:commonefacere beneficii ſui:& eũ ipſũ aliis oſtẽtare.Poſtremo pro cuiuſq; ĩgenio pollidẽdo:minãdo oſtẽtando alium:modo alium excitare.Cum ĩterim Metellus ignarus hoſtium monte digrediens cum exercitu conſpicitur.Primo dubius quid nam ĩſolita facies oſtẽderet.Nãq; ĩter uirgulta eq:numidæq; cõſederãt:neq; plene occultati hũilitate arboꝝ & ramẽ qdnã eẽt ĩcerti: tũ natura loci:tũ dolo ipſi atq; ſigna militaria obſcurati. Deide breui cognitis iſidiis pauliſp agmẽ cõſtituit.Ibi cõmutatis ordĩbus ĩ dextro latere qd̃ pximũ hoſtibus erat triplicibus ſubſidiis acie ĩſtruxit ĩter mãipulos fũditores & ſagitarios diſptit:eqtatũ oẽm ĩ cornibus locat:ac paucã p tpe milites hortatus:acie ſicuti ĩſtruxerat tráſuerſis principiis ĩ planũ deducit.Sed ubi nũi

das qetos:neqꝫ a colle digredi aĩaduertit:ueritus ex ãni tpe & iopia aq̃:ne siti cõficeretur exercitus.Rutilium legatum cum expeditis cohortibus & cum parte equitum præmisit ad flumẽ uti locũ castris antecaperet:existimans hostes crebro impetu & transuersis præsidiis iter suum remoraturos & quoniam armis diffiderent:lassitudinem & sitim militũ tentaturos hostes.Deinde ipse pro re atqꝫ loco sicuti descenderat monte paulatim procedere.Marium post principia habebat.Ipse cũ sinistræ alæ equitibus esse:q in agmine principes facti erant.At iugurtha ubi extremũ agmen metelli primos suos prætergressum uidet præsidio quasi duũ miliũ montem occupat peditum qua metellus descẽderat ne forte cedẽtibus aduersariis receptui:ac post munimento foret.Deide repente signo dato hostes inuadit.Numidæ alii postremo cedere pars sinistra ac dextra tentare:ifensi adesse:atqꝫ istare oĩbus locis romanoꝝ ordines cõturbare.Quorum etiam q firmioribus animis obuiam hostibus fuerunt ludificati ĩcerto prælio ipsi modo eminus sauciabantur:neqꝫ contra feriendi aut conserendi manum copia erat.ante iam docti ab iugurtha eqtes ubi romanoꝝ turba inseq̃ cœperat non confertim:neqꝫ in unum se recipiebant:alius alio quá maxĩe diuersi.Ita numero plures si a peritequendo hostes deterere nequiuerant:disiectos a tergo:aut a lateribus circũueniebant:Sin opportunior fugæ collis quam campi fuerat:ea uero consueti numidaꝝ equi facile iter uirgulta euadere.Nostros asperitas & ĩ solentia loci retinebat.Cæteꝝ facies totius negocii uaria erat incerta fœda atqꝫ miserabilis: disp si a suis pars cedere alii inseq̃:neqꝫ signa:neqꝫ ordines obseruare:ubi quéqꝫ periculum cœperat ibi resistere ac propulsare arma tæla:eq:uiri:hostes atqꝫ ciues permixti:nihil consilio atqꝫ ipio agi:sors oĩa agere.Itaqꝫ multum diei processerat cum etiam euentus in ĩcerto erat. Deniqꝫ oĩbus labore & æstu languidis.Metellus ubi uidet numidas minus ĩstare paulatim milites ĩ unũ conducit ordies restituit:& cohortes legiõarias quattuor aduersus pedites hostium collocat. Eoꝝ magna pars supioribus locis festa conſederat:simul orare:hortari milites ne deficerent: neu paterent hostes fugientes uincere:neqꝫ illis castra esse:neqꝫ ullum munimentum quo cedentes tenderent ĩ armis oĩa sita.Sed neqꝫ iugurtha qdem interea quietus erat:circũ.re: hortari renouare prælium:& ipse cũ delectis tentare oĩa:subuenire suis:hostibus dubiis istare:quos firmos cognouerat:eminus pugnando retinere.Eo modo inter se duo iperatores summi uiri certabãt:ipi pes cæteꝝ opibus ipibus.Nã metello militũ uirtus erat:locus aduersus:Iugurthæ alia oĩa p̃ter milites opportũa Deniqꝫ romani ubi ĩtelligũt :neqꝫ sibi profugium ẽe:neqꝫ ab hoste copiã pugandi fieri etiã uesp erat Aduerso colle sicuti p̃ceptũ fuerat euadũt:amisso loco numidæ fusi fugatiqꝫ pauci interiere.Plærosqꝫ uelocitas & regio hostibus ignara:tutata sunt.Interea bomilcar quem elephantis & copiaꝝ parti pedestriũ præfectũ ab iugurtha supra diximus ubi cum rutilius prætergressus est paulatĩ suos in æquũ locũ deducit ac dũ legatus ad flumẽ quo præmissus erat festinans pergit quietus uti res postulabat:aciem instruxit : neqꝫ remittit quid ubiqꝫ hostis ageret explorare postq̃ rutilium consedisse iam & aĩo uacuũ accepit simulqꝫ ex iugurthæ prælio clamorem augeri:ueritus ne legatus cognita re laborantibus suis auxilio foret:aciem quã diffidens uirtuti militũ arte statuerat:quo hostium itineri officeret latus porrexit.Eo modo ad rutilii castra procedit.Romani ex improuiso pulueris uim magnam animaduertunt.nam,p̃spectũ ager arbustis cõsitus,phibebat & primo rati humum aridam uento agitari.Post ubi puluerem æquabilẽ manere:& sicuti acies mouebant magis magisqꝫ appropinq̃re uidẽt cognita re,pperantes arma capiunt ac pro castris sicuti impabãt consistunt.Deide ubi propius uentũ est utriqꝫ magno clamore concurrit.numidæ tantũmodo remorati:dũ in elephantis auxiliũ putant.Postq̃ eos ipeditos ramis arboꝝ:atqꝫ ita disiectos circũueniri uidẽt: fugam faciũt:ac plæriqꝫ abiectis armis:collis ac noctis quæ iam aderat:auxilio integri abeunt. elephãti.iiii.ca.reliq oẽs nũero.xxx.iterfecti sũt.At romãi q̃q itinere atqꝫ ope castroꝝ & p̃lio fessi lẽtiqꝫ erãt tamẽ qđ metellus ãplius opiniõe morabãt:istructi:ĩtẽtiqꝫ obuiã,pcedũt nã dolus numidaꝝ nihil lãguidi neqꝫ remissi patiebãt:ac primo obscura nocte:postq̃ haud,pcul inter se erant strepitu:uelut hostes aduentare alteri apud alteros formidiné simul & tumultũ facere:& pene iprudẽtia esset admissũ facinus miserabile:ĩ utrinqꝫ p̃missi eqtes rẽ explorauissẽt. Igit pro metu repente gaudiũ é simul exortũ.Milites alius alium læti appellant:acta edocent atqꝫ audiũt:sua qsqꝫ fortia facta ad cælũ effert.Quippe res hũanæ ita se habent ĩ uictoria :uel ignauis licet gloriari aduersæ res ẽt bonos detrectãt.Metellus ĩ iisdẽ castris q̃ttriduo moratus saucios cura ẽficit meritos ĩ p̃liis moræ militiæ donat:uniuersos ĩ cõtiõe laudat atqꝫ agit gr̃as: hortat ad cætera q̃ leuia sũt par é aĩum ut ipsi gerãt uictoria satis pugnatum:reliquos labores prædæ fore.Tamen interim transfugas & alios opportunos,Iugurtha ubi gentium ; aut quid

In victoria, nec signanis licet gloriari, adnersæ res etiam bonos detrectati.

ageret cum paucis ne esset:an exercitum haberet:ut sese uictus gereret:exploratum misit. At ille sese in loca saltuosa & natura munita receperat:ibiq; cogebat exercitum numero hominū ampliorem:sed hebetem infirmūq; agri & pecoris magis q̄ belli cultorem.Id ea gratia euenie-bat:quod præter regios equites nemo oīum numidaꝝ ex fuga regem seqtur. Quo cuiusq; animus fert eo discedunt:neq; id flagitium militiæ ducitur:ita se mores habent. Igitur Metel-lus ubi uidet regis etiam tum ferocem animū esse bellum renouari:quod nisi ex illius libidīe geri non posset.Præterea inimicum certamen sibi cum hostibus minore detrimento illos uin ci q̄ suos uincere:statuit non præliis neque in acie sed alio modo bellum gerendum. Itaque in loca numidiæ opulētissima pergit:agros uastat:castella multa & oppida temere munita:aut sine præsidio capit:īcenditq; puberes īterficit iubet alia oīa militum esse prædam & formidīe multi mortales romanis dediti sunt obsides frumentum & alia oīa quæ usui forent affatim p̄ bita ubi cūq; res postulabat præsidium est impositum.Quæ negocia multo magis q̄ prælium male pugnatum ab suis regem terrebant.Quippe cui spes omnis ī fuga sita erat seq; cogebat: & qui sua loca defendere nequibat:ī aliis locis bellum gerere:tamen ex inopia quod optimum uidebatur consilium capit exercitum plærūq; ī iisdem locis opperiri iubet ipse cum delectis eqtibus Metellum sequitur nocturnis auiisq; itineribus ignoratus romanos palantes repente aggreditur:eoꝝ plæriq; inermes cadunt.multi capiuntur:nemo oīum ītactus profugit & nu-midæ priusq̄ romanis subueniretur sicuti iussi erant ī proximos colles discedunt.Interim Ro mæ gaudium īgens est ortum cognitis Metelli rebus:ut seq; exercitum more maioꝝ gereret: ut in aduerso colle uictor tamen uirtute fuisset:hostium agro potiretur.Iugurtham magnifi-cum ex auli socordia spem salutis ī solitudine aut fuga coegisset habere.Itaq; senatus ob ea fœ liciter acta diis īmortalibus supplicia decernere.Ciuitas trepida & solicita antea de belli aduen tu læticiam agere. De metello fama præclara esse. Igitur eo ītentior metellus ad uictoriam nitebatur omnibus modis festinare:cauere tamen nec ubi hosti opportunus: fieret memi-nisse post gloriam inuidiam sequi: ita quo clarior:eo magis anxius erat:neque post insidi-as Iugurthæ effuso exercitu prædari:ubi frumento aut pabulo opus erat:cohortes cum oī equitatu præsidium agebant.Exercitus partem ipse:reliquos marius ducebat sed igne magis q̄ præda ager uastabatur:duobus locis aut longe īter se castra faciebant.Vbi ui opus erat cun-cti aderant cæteꝝ quo fuga atq; formido latius creſceret diuersi agebant.Eo tempore per col les Iugurtha seq; tempus aut locum pugnæ quærere qua uentuꝝ hostem audierat: pabulū & aquaꝝ fontes:quoꝝ penuria erat corrumpere modo se metello:modo mario ostēdere: postre mos in agmine tentare:ac statim ī colles regredi.Rursus aliis post aliis minitari:neq; prælium facere:neq; ocium pati.Tantūmodo hostem ab incœpto retinere:romanus imperator ubi se dolis fatigari uidet:neq; ab hoste copiam pugnandi fieri:urbem magnam:& in ea parte qua si-ta erat arcem regni nomine Zamam statuit oppugnare ratus id quod negocium poscebat: Iu-gurtham laboranribus suis auxilio uentuꝝ::ibiq; prælium fore.At ille quæ parabantur a per-fugis edoctus magnis itineribus metellum anteuenit,oppidanos hortatur mœnia defendant addictis auxilio perfugis:quod genus ex copiis regis:quod fallere neqbat firmissimum erat. Præterea pollicetur in tempore semet cum exercitu affore.Ita compositis rebus in loca q̄ ma-xime occulta discedit:& paulopost cognouit Marium ex itinere ob frumentum cum paucis cohortibus siccam missum:quod oppidum primum omnium post malam pugnam ab rege defecerat.Eo cum delectis eqtibus noctu pergit & iam egredientibus romanis in porta pu-gnam facit.Simul magna uoce siccenses hortatur ut cohortes a tergo circunueniant: fortunā illis præclari facinoris casum dare:si id fecerint:postea sese in regno illos in libertate sine metu ætatem agere:ac ni marius signa inferre atq; euadere,pperauisset:ex oppido profecto cuncti aut magna pars siccensium fidem mutauissent.Tanta mutabilitate sese numidæ agūt.Sed mi lites Iugurthini paulisper a rege sustentati postq̄ maiore ui hostes urgent paucis amissis profu gi discedunt:marius ad Zamā peruenit id oppidū in cāpo situm magis opē q̄ natura munitū erat nullius idoneæ rei egens:armis uirisq; opulentū.igit metellus pro tpe atq; loco paratis re bus cuncta mœnia exercitu circūuenit.Legatis impat ubi q̄sq; curaret.Deniq; signo dato un-diq; simul clamor ingens orit neq; ea res numidas terret:ifensi intentiq; sine tumultu manēt: prælium incipit.romani pro ingenio:q̄sq; pars glande eminus aut lapidibus pugnare:alii suc-cedere:ac muꝝ & modo suffodere modo scalis aggredi cupere plūm in manibus fieri.Cōtra ea oppidani in proximos saxa uoluere:sudes:pila:præterea picem sulphure & theda mixtā ardēti mittere.Sed neq; illo quidem qui procul manserant:timor animi satis muniuerat.nam plæ-

oſq; iacula tormentis aut manu emiſſa uulnerabant. Pariq; periculo ſed fama impari: boni atq; ignaui erant. Dum apud Zamã ſic certatur. Iugurtha ex improuiſo caſtra hoſtium cũ magna manu inuadit: remiſſis q in præſidio erant & oia magis q̃ prælium expectantibus portã irrupit. At noſtri repentino metu perculſi: ſibi quiſq; pro moribus conſulunt: alii fugere: alii arma capere: magna pars uulnerati aut occiſi ſunt. Cæteq; ex omni multitudine nõ amplius. xl. memores nominis romani grege facto: locum paulo editiorem cæpere quam alii: neq; ide maxima ui depelli quiuerant. Sed tæla eminus miſſa remittere. pauci in pluribus minus fruſtrati ſi numidiæ propius acceſſiſſent. ibi uero uirtutem oſtendere: & eos maxima ui cedere fundeñ atq; fugare interim Metellus cũ acerrime rem gereret: clamorem uel tumultũ hoſtilem a tergo accepit. Deinde conuerſo equo aĩaduertit fugam aduerſum ſe fieri: quæ res ĩdicabat populares ſuos eſſe. Igitur equitatum omnem ad caſtra propere miſit: ac ſtatim. G. Marium cum cohortibus ſocioq; eũq; lachrymans per amicitiam: perq; rempu. obſecrat ne quã contumeliam remanere in exercitu uictoriæ: neue hoſtes multos abire ſinat ille breui mandata efficit: at Iugurtha munimento caſtroq; impeditus cum alii ſuper uallũ præcipitarentur: alii in anguſtiis ipſi ſibi properantes officerent multis amiſſis in loca munita ſeſe recipit. Metellus infecto negocio poſtq̃ nox aderat in caſtra cum exercitu reuertitur. Igitur poſtero die prius quam ad oppugnandum egrederetur: equitatum omnem in ea parte qua regis aduentus erat pro caſtris agitare iubet. portas & proxima loca tribunis diſpertit. deinde ipſe pergit ad Zamam oppidum atq; uti ſuperiori die muq; aggreditur. Interim Iugurta ex occulto repente noſtros inuadit q ĩ proximo locati fuerant: pauliſper territi perturbantur. Reliqui uero cito ſubueniunt. Neq; numidæ diutius quiuiſſent reſiſtere: ni pedites cum equitibus permixti magnam cladem in congreſſu facerent: quibus illi freti non uti equeſtri prælio ſolet fieri: ſequi: deinde cedere: ſed aduerſi concurrere: implicare: ac perturbare aciem. Ita cum expeditis peditibus ſuis hoſtes pœne uictos dare. Eodem tempore apud Zamam magna ui certabatur: ubi quiſq; legatus aut tribunus curabat eo acerrime niti. neq; alius in alio magis q̃ in ſe ſpem habere. Pariterq; oppidani agere: oppugnare aut parare omnibus locis: auidius alteri: alteros ſauciare q̃ ſemet tegere. clamor permixtus hortatione: letitia: gemitu. Item ſtrepitus armoq; ad cælum ferri: tæla utrinq; uolare: ſed illi qui mœnia defenſabant: ubi hoſtes paululũ modo pugnam remiſerant: intenti prælium equeſtre proſpectabant: eos uti quæq; res Iugurthæ erãt: lætos modo: modo pauidos aĩaduerteres: ac ſicuti audiri a ſuis aut cerni poſſent: admonere alii: alii hortari: aut manu ſigna facere: aut niti corporibus. & huc & illuc quaſi uitabundi: aut iacientes tæla agitañ. Quod ubi Mario cognitum eſt. Nam is in ea parte curabat conſulto lenius agere: ac diffidẽtiam rei ſimulare: pati numidas ſine tumultu regis prælium uiſere: ita illi ſtudio ſuoq; aſtrictis repente magna ui muq; aggreditur & iam ſcalis aggreſſi milites ꝓpe ſumma cæperant. tum oppidani cõ currũt lapides ignem alia præterea tæla ingerunt noſtri primo reſiſtere. deĩde ubi unæ atq; alteræ ſcalæ comminutæ ſunt: qui ſuperſteterant afflicti ſunt. Cæteri quoq; modo potuere: pauci integri magna pars confecti uulneribus abeunt. Deinde ut utrinq; prælium nox diremit. Metellus poſtq̃ uidet fruſtra incœptum neq; oppidum capi: neq; Iugurtham niti: niſi ex inſidiis aut loco ſuo pugnam facere: etiam æſtatem exactam eſſe: ab Zama diſcedit. & in his urbibus: q̃ a rege defecerant: ſatiſq; munitæ loco aut mœnibus erant: præſidia imponit. Cæterum exercitum in prouincia quæ proxima eſt numidiæ hyemandi gratia collocat. neq; id tempus ex aliorum more quieti aut luxuriæ conceſſit. Sed quoniam armis bellũ paq; procedebat: inſidias regi per amicos tendere: & eoq; perfidia pro armis uti parat: igitur Bomilcarem q Romæ cũ Iugurtha fuerat: & ide uadibus datis clam timens de Maſiuæ nece iudicium fugerat: quod ei per maximã amicitiam maxima copia fallendi erat: multis pollicitationibus aggreditur ac prio efficit uti ad ſe colloquendi gratia occultus ueniat. deĩde fide data ſi Iugurtham uiuũ aut necatum ſibi tradidiſſet fore: ut illi ſenatus ĩpunitatem & ſua omnia concederet: facile numidæ perſuadet tum ĩgenio ifido: tum metuenti: ne ſi pax cum romanis fieret ipſe per conditiones ad ſuppliciũ traderetur. His ubi primũ opportunum tempus fuit. Iugurtham anxiũ ac miſerantem fortunas ſuas accedit. Monet atq; lachrymans obteſtatur uti aliquando ſibi liberiſq; ſuis: & genti numidaq; optĩe meréti ꝓuideat: oĩbus ꝑliis ſeſe uictos: agrũ uaſtatũ: multos mortales captos occiſos regni opes cõminutas eſſe: ſatis ſæpe & uirtuté militũ & fortunã tẽtatá caueat ne illo cõctãtæ nũidiæ ſibi cõſultét. His atq; aliis talibus ad deditionẽ aĩum regis ĩpellit. mittũñ ad ĩpatoré legati q Iugurthã ĩpata factuq; diceréť: ac ſine ulla pactiõe ſeſe: regnũq; ſuũ ĩ illius fidem tradere. Metellus propere cũctos ſenatorii ordinis ex hybernis accerſiri iubet:

eorum atq; alioꝝ quos idoneos ducebat consilium habet:ita more maioꝝ ex consilio decre
to per legatos Iugurthæ imperat:pondo argenti ducenta milia elephãtos oẽs equoꝝ & armo
rum aliquantulum.Quæ postq̃ sine mora facta sunt iubet oẽs perfugas uictos adduci:eorum
magna pars uti iustũ erat adducti pauci cum primũ deditio cæpit ad regẽ Bochũ in Maurita-
niam abierant.Igitur Iugurtha ubi armis uirisq; et pecunia spoliatus est:dum ipse ad imperan
dum thisidium uocaretur rursus cæpit flectere animũ suũ:& ex mala conscientia digna time-
re.Deniq; multis diebus per dubitationem consumptis:cũ modo tedio rerum aduersaꝝ oĩa
bello potiora duceret:interdum ipse secum reputaret:quam grauis casus ĩ seruitium ex regno
foret.multis magnisq; præsidiis ne quicq̃ perditis de integro bellum sumit:& iterum Romæ
senatus de prouinciis consultus numidiam Metello decreuerat.Per idem tempus Vticæ for-
te.G.mario per hostias diis supplicanti magna atq; mirabilia portendi aruspex dixerat.Proĩde
quæ animo agitabat:fretus diis ageret:fortunam quam sæpissime experiretur:omnia prospe-
re euentura.At illum iam antea consulatus ingens cupido exagitabat:at quem capiundum p̃
ter uetustatem familiæ omnia abunde erant.Industria:probitas:militiæ magna scientia:aĩus
belli ingens:domi modicus:libidinis & diuitiaꝝ uictor.Tãtũmodo gloriæ auidus.Sed his na
tus:& per omnem pueritiam arpini altus:ubi primum ætas militiæ patiens fuit stipendiis faci
endis:non græca facundia:neq; urbanis munditiis sese exercuit.Ita iter artes bonas integrum
ĩgenium breui adoleuit:Ergo ubi primũ tribunatum militarem a populo petit:plæriscq; faciẽ
eius ignorantibus facile notus per omnes tribus declaratur.Deinde ab eo magistratu aliũ post
alum sibi peperit.semperq; in potestatibus eo modo agitabat:ut ampliore honore quam gere
bat dignus haberetur.Tamen is usq; ad id locoꝝ talis uir non audebat petere consulatum.nã
postea ambitione præceps datus est:etiam tum alios magistratus plæbs consulatum nobilitas
inter se unus alii per manus tradebat.Nouus nemo tam clarus neq; tã egregius factus erat:qn
indignus illo honore & quasi pollutus haberetur.Igit̃ ubi Marius aruspicis dicta eodem ĩten
dere uidet quo cupido animi hortabatur:ab metello consulatum petendi gratia missionẽ ro-
gat.Cui quãq̃ uirtus gloria atq; alia optanda bonis superabant:tamen inerat contemptor ani-
mus & superbia commune nobilitatis malum.Itaq; commotus de ĩsolita re:prius mirari eius
consilium:& quasi per amicitiam monere:ne tam praua inciperet:neu super fortunã animum
gereret:non omnia omnibus cupienda esse debere illi res suas placere.Postremo caueret id pe
tere a popu.ro.quod iure negaretur.Postq̃ hæc atq; alia talia dixit:neq; aĩus marii flectitur:re-
spondit ubi primũ potuisset per negotia publi. facturum sese quæ peteret:ac postea sæpe ea
dem postulanti fertur dixisse:ne festinaret abire satis mature illum cum filio consulatum peti
turꝝ.His eo tempe contubernio patris ibidem militabat:annos natus circiter uigiti.Quæ res
marium tum pro honore quem affectabat:tum circa metellum uehementer accenderat. ita
cupidine atq; ira:pessimis consultoribus grassari:neq; facto ullo:neq; dicto abstĩere:quod mõ
ãbitiosum foret milites:quibus in hybernis præerat latiore imperio q̃ ante habere. Apud ne
gociatores quoꝝ magna multitudo uticæ erat:crimino se & simul magnifice de bello loqui:di
midia pars exercitus sibi ĩpmitteretur:paucis diebus iugurtham in cathenis habiturum ab ĩ-
perarore consulto bellum trahi:quod homo inanis regiæ superbiæ imperio nimis gauderet.
Quæ omnia illis eo firmiora uidebantur:quod diuturnitate belli res familiares corruperant:
& animo cupienti nihil satis festinatur.Erat præterea in exercitu nostro numida quidam no-
mine Cauda:Manastobolis filius:Masinisse nepos:quem Micipsa testamento secundum he-
redem scripserat:morbo confectus & ob eam causam mente paululum ĩminuta. Cui Metel-
lus potenti more regũ ut sellã iuxta poneret:itẽ postea custodiæ cã turma eqtũ romanorum
utrúcq; negauerat honorem quod eoꝝ modo fore:quos po.ro.reges appellauissẽt p̃lidiũ quod
cõtumelioſum foret:si equites romanis satelliti numidæ traderent̃.Hũc Marius anxiũ aggre-
dit̃:atq; hortat̃:ut cõtumeliaꝝ ĩperatorẽ cũ suo auxilio pœnas petat hominẽ ob morbos aĩo
paꝝ ualido secunda oratione extollit i'llũ regem ĩgentem uiꝝ:Masinissæ nepotẽ esse si iugur-
tha captus aut occisus foret:ĩperium numidiæ sine mora habituꝝ id adeo matur̃ posse eueni
re si ipe consul ad id p̃lium missus foret:itaq; & illũ & eqtes romanos milites:& negociatores
alios ipe plæroscq; pacis spe ĩpellit:uti Romã ad suos necessarios aspere ĩ metellũ de bello scri
bãt.Mariũ impatorem poscãt sic illi multis mortalibus honestissima suffragatiõe consulatus
petebat̃.Simul ea tẽpestate plebs nobilitate pculsa p legem maniliã nouos extollebat:ita ma
rio cuncta pcedere:iterum iugurtha postq̃ amissa deditione bellũ ĩcipit:cum magna cura:pa-
rare omnia:festinare exercitum cogere:ciuitates quæ a se defecerant formidine:aut ostentã-

do ꝑmia affectare circũmũire ſuos locos armá:tela aliaq; q̃ ſpe pacis amiſerat reficere:aut cõ
mercari:ſeruitia romanoꝝ allicere:& eos ipſos q in præſidiis erant pecunia tentare:prorſus ni
hil intactum aut quietum pati cuncta agitare:igitur uaccenſes quo Metellus initio iugurtha
pacificante præſidiũ impoſuerat fatigati regis ſuppliciis:neq; antea ſua uoluntate alienati prin
cipes ciuitas inter ſe coniurãt.Nam uulgus uti plærũq; ſolet & maxime numidaꝝ ingenio mo-
bili:ſeditioſum atq; diſcordioſum erat cupidum nouaꝝ reꝝ quieti & ocio aduerſum deide cõ
poſitis inter ſe rebus in diem tertiũ conſtituũt.quod his feſtus celebratuſq; per omnem africã
ludum & laſciuiam magis quã formidinem oſtendebat:ſed ubi tempus fuit centuriones tribu
noſq; militares & ipſum præfectũ oppidi Titum Turpilium ſillanum alius alium domos ſuas
inuitant:eos omnes præter Turpiliũ inter epulas obtruncant:poſtea milites palantes inermes:
quippe in tali die & ſine imperio aggrediuntur:idem plebs facit pars edocti a nobilitate : alii
ſtudio alium reꝝ incitati:quis acta conſiliũq; ignorantibus tumultus ipe & res nouæ ſatis pla
cebant:romani milites perculſi improuiſo metu incerti:ignariq; quid potiſſimũ facerent tre-
pidant capere:ad arcem oppidi ubi ſigna & ſcuta erant præſidium hoſtium:portæ ante clauſæ
fugam prohibebant:ad hoc mulieres pueriq; pro tectis ædificioꝝ ſaxa & alia quæ locus præ-
bebat certatim mittere:ita neq; caueri anceps malum neq; a fortiſſimis ,infirmiſſimo generi
reſiſti poſſe:iuxta boni maliq; ſtrenui & imbelles multi obtruncati ſunt.in ea tanta aſperitate
ſæuiſſimis numidis & oppido undiq; clauſo Turpilius præfectus unus ex omnibus italicis,p-
fugit intactus:id miſericordia ne hoſpitis an pactione:an caſu ita euenerit paꝝ comperimus .
Niſi quod illi in tanto malo turpis uita integra fama potior fuit improbus inteſtabiliſq; uide-
tur.Metellus poſtq̃ de rebus uaccæ actis comperit pauliſper mæſtus e conſpectu abiit . Deide
ubi ira & ægritudo pmixta ſunt:cum maxima cura ultum ire iniurias feſtiat . Legionem cum
qua hyemabat:& quam plurimos poteſt numidas equites:pariter cum occaſu ſolis expeditos
educit:& poſtera die circiter horam tertiam peruenit in quandam planiciem:locis paulo ſupe
rioribus circũuentam:ibi milites feſſos itineris magnitudine:etiam abnuentes omnia docet
oppidum Vaccam nõ amplius mille paſſuum abeſſe:decere reliquũ laborem æquo animo pa
ti:dum pro ciuibus ſuis uiris fortiſſimis atq; miſeris pœnas caperent:præterea prædam beni-
gne oſtentat:ſic animis eoꝝ arrectis equites in primo latere pedites quam arctiſſime ire & ſi-
gna occultare iubet.Vaccenſes ubi aĩaduertere ad ſe uerſum exercitũ pergere primo uti erat :
Metellum eſſe rati:portas clauſere.Deinde ubi neq; uaſtari agros:& eos qui primi aderant nu
midas eqtes uident:rurſum iugurtham arbitrati:cũ magno gaudio obuii,pcedunt.Equites pe
diteſq; repente ſigno dato:alii uulgũ effuſum oppido cædere;alii ad portas feſtinare :pars tur-
res capere.Ira atq; prædæ ſpes amplius quam laſſitudo poſſe.Ita Vaccenſes biduũ modo ex p
fidia lætati.Ciuitas magna atq; opulenta cũcta p̃dæ aut pœnæ fuit.Turpilius quem præfectũ
oppidi unũ ex oĩbus,pfugiſſe ſupra oſtendimus:iuſſus a Metello cãm dicere poſtq̃ ſeſe paꝝ ex
purgat condẽnatus uerberatuſq; capite pœnas dedit:nam is ciuis ex collatio erat:p idem tem-
pus Bomilchar:cuius ipulſu Iugurtha deditionem q̃ metu deſeruit iceperat:ſuſpectus regi &
ipe eũ ſuſpiciens nouas res cupere:ad pniciẽ eius dolum quærere:die noctuq; fatigare aĩum:de
niq; oĩa tentando ſociũ ſibi adiũgit.Nadalſam hominẽ nobilẽ:magnis opibus claꝝ: acceptũ-
que populariꝫ ſuis:q plærũq; ſeorſum ab rege exercitũ ductare & omnes res exequi ſolitus
erat:quæ iugurthæ feſſo aut maioribus aſtricto ſupauerant:ex quo illi gloriæ opeſq; inuentæ
Igitur utriuſq; conſilio dies iſidiis ſtatuitur.Cætera uti res poſceret ex tpe parari placuit . Na-
dalſa ad exercitũ,pfectus quem iter hyberna romanoꝝ iuſſus habuerat:ne ager multis hoſti-
bus uaſtaretur:is poſtq̃ magnitudine facinoris perculſus:ad tempus non uenit: & metus rem
impediebat.Bomilcar ſimul cupidus incœpta patrandi:& timore ſocii anxius:ne omiſſo ue
teri conſilio nouum quæreret litteras ad eum per homines fideles mittit :in quis mollitiam
ſocordiamq; uiri accuſare teſtari deos per quos iuraſſet monere ne præmia Metelli in peſtem
conuerteret:iugurthæ exitum adeſſe:cæterum ſua ne an Metelli uirtute periret:id modo agi-
tari:proinde reputaret cum animo ſuo præmia an cruciatum mallet:ſed cum hæ litteræ alla-
tæ fuere:forte Nadalſa exercitato corpore feſſus in lecto quieſcebat:ubi cognitis Bomilcaris
uerbis:primo cura:deide uti ægrum animum ſolet ſomnus cœpit:erat ei numida qdam nego
ciorum familiarium curator:fidus acceptuſq;:& omnium conſiliorum niſi huius nouiſſimi
particeps:qui poſtq̃ allatas litteras audiuit:& ex conſuetudine ratus opera ſua:aut igenio ſuo
opus eſſe:in tabernaculum introiit.Dormiente illo epiſtolam ſuper caput i puluino temere
poſitam ſumit ac perlegit. Deinde propere cognitis inſidiis ad regem pergit Naldaſa pau-

lopoſt experrectus ubi neq epiſtolam repperit:& rem omnem uti acta erat ex perfugis cogno
uit primo indicem perſequi conatus eſt:poſtq id fruſtra fuit:iugurtham placandi gratia acce-
dit dicitq ipſe parauiſſet perfidia clientis ſui facere præuenta:lachrymans obteſtatur per ami-
citiam perq ſua ante fideliter acta:ne ſuper tali re ſuſpectum ſeſe haberet.Ad ea rex aliter atq
aio gerebat placide reſpondit Bomilcare aliiſq multis quos ſocios inſidiaꝝ cognouerat iter
fectis iram oppreſſerat:nequa ſeditio aut bellum ex eo negotio oriretur.neq poſt id negocio
rum iugurthæ dies aut nox ulla qeta fuit:neq loco:neq mortali cuiq aut tempori ſatis crede
re.Ciues hoſtes iuxta metuere:circunſpectare oia & omni ſtrepitu paueſcere:alio loco ſæpe cō
tra decus regium noctu reqeſcere:Interdum ſomno excitus arreptis armis tumultum faceꝝ:
Ita formidie quaſi uecordia exagitari.Ita metellus ubi de caſu Bomilcaris & idicio patefacto
ex perfugis cognouit:rurſus tanq ad itegrum bellum cuncta parat:feſtinatq marium fatigan-
tem de profectione ſimul & iuitum & offenſum:ſibi parum idoneum ratus domum dimittit.
Et Romæ plæbs litteris quæ de metello ac mario miſſæ erant cognitis uolenti aio de ambo-
bus acceperant.Imperatori nobilitas :quæ ante decori fuit iuidiæ eſſe.At illi alteri generis hu
militas fauorem addiderat.Cæteꝝ i utroq magis ſtudia partium q̄ mala aut bona ſua mode-
ranrur.Præterea ſeditioſi magiſtratus uulgus exagitare.metellum omnibus contionibus capi
tis arceſſere.marii uirtutem i maius celebrare.Deniq plæbs ſic eſt accenſa:uti opifices agre-
ſteſq omnes.quoꝝ res fideſq i manibus ſitæ erant:relictis operibus frequentabant.marium:
& ut ſua neceſſaria poſt illius honorem ducerent.Ita perculſa nobilitate.Poſt multas tempe-
ſtates nouo homini conſulatus mandatur:& poſtea populus tribuno plæbis Lucio Mālio Mā
tino rogatus quem uellet cum Iugurtha bellum gerere:frequens populus Marium iuſſit. Sed
ſenatus pauloante Metello numidiam prouiciam decreuerat.ea res fruſtra fuit.Eodem tem-
pore Iugurtha amiſſis amicis:quoꝝ plæroſq ipſe necauerat.Cæteri formidie perculſi:pars ad
romanos:alii ad regem Bocchum profugerant:cum neq bellum geri ſine miniſtris poſſet &
nouoꝝ fidem i tanta perfidia ueterum experiri periculoſum duceret:uagus icertuſq agitaba-
tur neq illi res neq ullum periculum neq conſilium:aut qſq hominum ſatis placebat.Itiera
præfectoſq i dies mutare:modo aduerſum hoſtes:iterdum i ſolitudies pergere:ſæpe in fuga:
& paulopoſt ſpem i armis habere:dubitare uirtuti popularium an fidei mius crederet.Ita quo
cunq itenderat res aduerſæ erant.Sed iter eas moras repente ſeſe Metellus cum exercitu oſtē
dit numidæ ab Iugurtha parati pro tempore:iſtructiq deinde prælium icipitur qua in parte
rex pugnæ affuit ibi aliquantulum certatum eſt.Cæteri omnes eius milites primo congreſſu
pulſi fugatiq ſunt.Romani ſignoꝝ & armoꝝ:& aliquanto numero hoſtium paucoꝝ potiti
ſunt.Nam fere numidas in oibus prælis magis pedes quam arma tutati ſunt.Ea fuga Iugur-
tha impenſius modo rebus ſuis diffidens cum perfugis & parte equitatus in ſolitudies.Deide
Thalam peruenit:id oppidum magnum atq opulentum:ubi plæriq theſauri filiorumq eius
inultus cultus erat.Quæ poſtq Metello comperta ſunt:quanquam inter Thalam flumenq
proximo in ſpacio milium.I.loca arida atq uaſta eſſe cognouerat tamen ſpe patrandi belli: ſi
eius oppidi potitus foret.omnes aſperitates ſuperuadere:ac naturam loci etiam uincere aggre
ditur.igitur omnia iumenta ſarcinis leuari iubet:niſi frumento dieꝝ.x.Cæteꝝ utres modo:&
alia uaſa quæ idonea aquæ portari.Præterea conquirit ex agris quam plurimū poteſt domiti
pecoris:eoq imponit uaſa cuiuſq modi:ſed plæraq lignea collecta ex tuguriis numidaꝝ. At
hoc finitimis iperat:qui ſe poſt regis fugam Metello dederāt:quamplurimū quiſq aquæ por
taret.Deinde locum ubi præſto fuerit prædicit.ipſe ex flumine qua proximā aquam oppido
eſſe ſupra diximus:iumenta onerat.Eo modo inſtructus ad Thalam proficiſcitur.Deinde ubi
ad id loci uentum eſt quo numidis præceperat & caſtra poſita munitaq ſūt:tanta repente cæ
lo miſſa uis aquæ dicitur:ut ea modo exercitui:ſatiſq ſuperq foret.præterea commeatus ſpe
amplior:quia numidæ:ſicut plæriq in noua deditione officia itenderant.Cæterum milites re
ligione pluuia magis uſi ſunt.Ea que res multum animis eoꝝ addidit.nam rati ſeſe diis im-
mortalibus curæ eſſe.Deide poſtero die contra opinionem Iugurthæ ad Thalam peruenīūt
oppidani qui ſe locorum aſperitate munitos crediderant:magna atq in ſolita re perculſi:nihi
lo ſegnius bellum parare:idem noſtri facere.Sed rex nihil infectum Metello credens : quippe
qui omnia arma:tæla:locos deniq naturam ipſam cæteris imperitantem induſtria uicerat:
cum liberis & magna pecunia ex oppido noctu profugit.Neq poſtea in ullo loco amplius uno
die moratus:aut una nocte ſimulabat ſe negocii gratia properare.Cæterum proditionem time
bat quam uitare poſſe celeritate putabat.nam talia cōſilia ſolent per ociū & ex opportunitate

capi.At Metellus ubi oppidanos plio intētos:simul oppidū & operibus & loco munitum uidet:uallo fossaq; moenia circūuenit.Deinde iubet locis ex copia maxima idoneis uineas agere superq; eas aggerem facere ipositis:& super aggerē turribus opes & administratos tutari. Cōtra hæc oppidani festinare parare prorsus ab utrisq; nihil reliquū fieri. deniq; romani multo ante labore plīis fatigati post dies quadragīta q̄ eo uentum erat:oppido modo potiti. Præda oīs a perfugis corrupta.Hi postq̄ murꝫ arietibus feriri resq; suas afflictas uident:aurꝫ atq; argentum & alia quæ prima dicuntur domū regiam cōportant:ibi uino & epulis grauati: illaq; & domū:& semet igni corumpunt:& quas uicti ab hostibus pœnas metuerent:eas ipsi uolentes perpendere:sed pariter cum capta Thala legati ex oppido lepti ad Metellum uenerant: orātes uti præsidium præfectumq; eo mitteret:Hamilcarem quēdam hominem nobilem factiosum nouis rebus studere:aduersum quem neq; imperia magistratuū:neq; leges ualerent:ni id festinaret ī summo periculo suam salutem & illorꝫ socios fore.nam leptitani iam antea a principio belli Iugurthini ad Bestiam consulem & postea romam miserant amicitiam societatēq; rogatum.Deide ubi ea īpetrata sunt semper boni fideleśq; mansere:& cuncta a Bestia Albino Metelloq; īperata grauiter fecerant.Itaq; ab īperatore facile quæ petebāt adepti sunt. Emissæ sunt eo cohortes liguꝫ.iiii.&.C.Antonius præfectus:id oppidum a sidonīs conditū est: quos accepimus profugos ob discordias ciuiles nauibus ī eos locos uenisse.Sed cæterꝫ: situm inter duas syrtes:qbus nomen ex re inditum.Nam duo sunt *sinus prope ī extrema africa* īpares magnitudine:pari natura quorꝫ proxima terræ prælta sunt.Cætera uti sors tulit alta:alia in tempestate uadosa.nam ubi mare magnum esse & sæuire uentis cœpit:limū arenamq; & saxa ingētia fluctus trahunt.ita facies locorꝫ cū uentis simul mutat.Syrtes ab tractu nominatæ sunt. Eius ciuitatis lingua modo cōuersa connubio numidarꝫ:leges:cultusq; plæraq; sydonica instituta quæ eo facilius retinebant quod procul ab īperio regis ætatem agebant.Inter illos & frequentem numidiam multi uastiq; loci erant.Sed quoniam ī has regiones per leptitanorꝫ negocia uenimus.non īdignum uidet egregium atq; mirabile facinus duorꝫ carthaginensiū memorare.Eam rem locus nos admonuit:qua tempestate carthaginenses plæræq; africæ īperitabant.Cirenenses quoq; magni atq; opulenti fuere.Ager ī medio arenosus una specie.Neq; flumen neq; mons erat:q fines eorꝫ discerneret.quæ res eos in magno diuturnoq; bello inter se habuit.Postq̄ utrinq; legiones.item classes sæpe fusæ fugataeq; & alteri alteros aliquantulū attriuerant: ueriti ne mox uictos uictoresq; defessos alius aggrederetur per indutias sponsionem faciunt uti certo die legati domo proficiscerentur.Quo in locō inter se obuii fuissent. Is communis utriusque populi finis haberetur. Igitur carthaginenses duo fratres missi quibus nomen Philenes erat:maturauere iter pergere:cirenenses tradius iere.id socordia ne an casu acciderit parꝫ cognoui.Cæterꝫ solet in illis locis tempestas:haud secus atq; in mari retinere hoīes.Nam ubi p loca æqualia & nuda gignentium uentus cohortus arenam humo excitauit ea magna ui agitata:ora:oculosq; impellere solet.Ita,pspectu impedito morari iter.Postq̄ Cirenenses aliquanto posteriores se esse uident:& ob rem corruptam domi pœnas metuūt:criminari carthaginenses ante tempus domo digressos conturbare rem:Deniq; oīa mallebant quā uicti abirent.Sed cū pœni aliam conditionem tantūmodo æquam quærerent.Cirenenses optionem faciunt carthaginensium:ut uel illi quo fines populo suo peterent:ibi uiui obruerent uel eadē conditione sese quem in locū uellent:processuros dimitterent.Phileni conditione p bata.seq; uitāq; suam.r.p.condonauere:ita uiui obruti sunt.Carthaginenses in eo loco Philenis fratribus aras consecrauere:alioq; illis honores domi istituunt.Nunc ad rem redeo.Iugurtha postq̄ amissa Thala nihil satis firmū contra Metellum putat per magnas solitudines cum paucis profectus peruenit ad getulos:genus hominū ferum incultūq; & eo tempe ignarꝫ nominis romani:eorꝫ multitudinem in unum cogit & paulatim consuefacit ordines habere: signa sequi imperium obseruare. Item alia militaria facere. Præterea regis Bocchi proximos magnis muneribus & maioribus promissis ad studium sui producit: quis adiutoribus regem aggressus: impellit uti aduersum romanos bellum incipiat id ea gratia facilius proniusque fuit:quod Bocchus initio huiusce belli:legatos Romam miserat:fœdus & amicitiam petitū. Quam rem opportunissimam imcepto bello pauci impediuerant. Cæci auaritia quis omnia honesta atq; inhonesta uendere mos erat.Etiam antea Iugurthæ filia Boccho nupserat. Verū ea necessitudo apud nūidas mauroś leuis ducit:qd̄ singuli pro opibus q̄sq; quā plurimas uxores:denas:alii:alii plures habeāt.Sed reges eo āplius:ita aius multitudīe distrahit:nullā pro socia obtinet pariter uiles oēs sūt.Igit in locū ābobus placitum exercitus conueniunt.ibi fide

data & accepta Iugurtha Bocchi aĩum oratiõe accendit romanos iniuſtos profunda auaritia: cõmunes oĩum hoſtes: eſſe tandem cauſam illos belli habere cum Boccho q̃ ſecum & cũ aliis gentibus: libidinẽ ĩperitandi. Quis omnia regna aduerſa ſint: tum ſeſe pauloante carthaginenſes: tum regem Perſen: poſt uti quiſq; opulentiſſimus uideatur: ita romanis hoſtem fore. His atq; aliis talibus dictis: ad cirtham oppidum iter conſtituunt. Quod ibi. Qu. Metellus prædã captiuoſq; & ĩpedimenta locauerat: ita Iugurtha ratus aut capta urbe operepretium fore: aut ſi romanus dux auxilio ſuis ueniſſet prœlio ſeſe certaturos. Nam callidus id modo feſtinabat Bocchi pacem ĩminuere ne moras agitando aliud q̃ bellum malle: ĩperator poſtq̃ de regum ſocietate cognouit non temere neq; uti ſæpe iam uicto Iugurtha conſueuerat: omnibus locis pugnandi copiam facit. Cæteq; haud procul a cirtha caſtris munitis reges opperitur melius eſſe ratus cognitis mauris: quoniam his nouus hoſtis acceſſerat: ex commodo pugnam facere: interim roma per litteras certior fit. Mario prouinciam numidiam eſſe datam: nam conſulem factum antea acceperat. Quibus rebus ſupra bonum atq; honeſtũ perculſus: neq; lachrymas tenere neq; moderari linguam uir egregius aliis artibus nimis molliter ægritudinem pati. Quam rem alii in ſuperbiam uertebant: alii bonum ingeniũ contumelia accenſum eẽ. Multi quod iam parta uictoria ex manibus eriperetur: nobis ſatis cognitum eſt illum magis honore Marii quam iniuria ſua excruciatum: neq; tam anxie latuq; fuiſſe: ſi adepta prouincia: alii q̃ Mario traderet. Igitur eo dolore impeditus: & qa ſtultitiæ uidebãtur alienam rem ſuo periculo curare: legatos ad Bocchum miſit: poſtulatum: ne ſine cauſa hoſtis populo romano fieret: habere tum magnam copiam ſocietatis amicitiæq; coniungendæ: quæ potior bello eſſet. Quãq̃ opibus ſuis confideret tamen non debere incerta pro certis mutare. Omne bellũ ſumi facile: cæteq; aſperrime deſinere: non in eiuſdem poteſtate initium eius & finem eſſe: incipere cuiuis etiam ignauo licere. Deponi aũt cum uictores uelint. Proĩde ſibi regnoq; ſuo conſuleret: neu florentes res ſuas cum Iugurthæ perditis miſceret: ad ea rex ſatis placide uerba facit ſeſe pacem cupere: Iugurthæ fortunarum miſereri. Si eadem illi copia fieret: omnia conuentura rurſus ĩperator contra poſtulata Bocchi nuncios mittit: illa probare partim abnuere. Eo modo ſæpe ab utroq; miſſis remiſſiſq; nuntiis tempus procedere: & ex Metelli uoluntate bellũ ĩactũ trahi. At Marius ut ſupradiximus cupientiſſima plẽbe conſul factus: poſtq̃ ei numidiam prouinciam populus iuſſit: antea iam ĩfeſtus nobilitati: tum uero multus atq; ferox iſtaq; ſingulos modo: modo uniuerſos lædere. Dictitare ſeſe conſulatũ ex uictis illis ſpolia ſuſcepiſſe: alia præterea magnifica pro ſe & illis uolentia. Interim quæ bello opus erant pria habere: poſtulare: legionibus ſupplementũ: auxilium a populis & regibus ſociiſq; arceſſere. Præterea ex latio fortiſſimũ quẽq; plæroſq; militia paucos fama cognitos accire: & ambiendo cogere hoies emeritis ſtipendiis proficiſci: neq; illi ſenatus: quãq̃ aduerſus erat: de ullo negocio negare audebat. Cæteq; ſupplementum etiam lætus decreuerat: quia neq; plebi uolenti militia putabatur: Et Marius: aut belli uſum: aut ſtudia uulgi amiſſurus. Sed ea res fruſtra ſperata tanta libido cum Mario eundi plæroſq; iuaſerat: ſeſe q̃ſq; præda locupletem fore uictorem domũ redituq;: alia huiuſcemodi animis trahebant: & eos non paululum oratione ſua Marius arrexerat: nam poſtq̃ oĩbus quæ poſtulauerat decretis milites ſcribere uult hortandi cauſa ſimul & nobilitatem uti conſueuerat exagitandi contionem populi aduocauit. Deinde hoc modo diſſeruit. Scio qrites plæroſq; non iiſdem artibus ĩperium a uobis petere: & poſtq̃ adepti ſunt gerere primos induſtrios. ſupplices modicos eſſe. De hĩc per ignauiam & ſuperbiã ætatem agere: ſed mihi contra ea uidetur: nam quo reſpu: pluris eſt quã conſulatus aut p̃tura eo maiore cura adminiſtrari il lam quã hæc peti debere: neq; me fallit q̃tum cum maxio beneficio ueſtro negocii ſuſtineã. Bellum parare ſimul & ærario parcere: cogere ad militiã eos: quos nobis offendere domi foriſ quæ oĩa curare: & ea agere iter iuidos occurſantes factioſos opiniõe qrites aſperius eſt. Ad hæc alii ſi deliquere uetus nobilitas: maioq; fortia facta cognatoq; & affiniũ opes multæ clientelæ oĩa p̃ſidio aſſunt. Mihi opes ĩ memet ſitæ quas neceſſe ẽ: & uirtute & ĩnocentia tutari: nã alia ĩfirma ſunt: & illud ĩtelligo quirites oĩa in me conuerſa eſſe: æquos bonoſq; fauere qppe beneficia mea. r. p. p̃cedũt: nobilitaté locum inuadendi me quærere. Quo mihi acrius annitendum eſt: ut neq; uos capiamini: & illi fruſtrati ſint. Ita ad hoc ætatis a pueritia fui: ut oẽs labores pericula cõſueta habeã: quæ ante ueſtra beneficia gratuito faciebã: ea uti accepta mercede deferã nõ ẽ cõſiliũ qrites. Illis difficile eſt ĩ poteſtatibus tempare q p ambitionẽ ſeſe probos ſimulare. Mihi q oẽm ætatẽ ĩ optimis artibus egi: bene facere iam ex conſuetudíe in naturã uertiſſe. Bellũ me gerere cũ Iugurtha iuſſiſtis: quã rem nobilitas ægerrime tulit. Quæſo reputate cum

animis ueſtris:num id mutari melius ſit:ſi quem ex illo globo nobilitatis ad hoc negociū: aut uel aliud tale negocium mittatis:hoiem ueteris,ꝓſapiæ:ac multaꝝ imaginum:& nullius ſtipē dii.ſ.ut ī tanta re ignarus oīum trepidet:feſtinet:ſumat aliquem ex populo monitorem ſui offi cii:ita plærūq; euenit:ut quem īperare iuſſiſtis is ſibi alium īperatorem quærat. At ego ſcio q poſtq̄ conſules facti ſunt:acta maioꝝ & græcoꝝ militaria præcepta legere cæperūt præpoſte ri hoies.nam gerere quā fieri conſul tpe poſterius re atq; uſu prius eſt.Comparate nunc qriteſ cū illoꝝ ſupbia me hominem nouū:quæ illi audire & legere ſolent eoꝝ partem uidi:alia ego met geſſi:quæ illi litteris:ea ego didici militando:nunc uos exiſtiate facta:an dicta pluris ſint præcii.Conténūt nouitatem meam :ego illorum ignauiam mihi fortuna illis probra obie ctantur quáquam ego naturam unam & communem omnium exiſtimo:ſed fortiſſimum quēq; generoſum eſſe ac ſi iam ex partibus Albini:aut Beſtiæ quæri poſſet me ne an illos ex ſe gigni maluerint?qd reſponſuros creditis:niſi ſeſe liberos q̄ optimos uoluiſſe: quod ſi iure me deſpiciūt faciunt idem maioribus ſuis qbus uti mihi ex uirtute nobilitas cæpit:ſuident hono ri meo:ergo ſuideant labori & īnocentiæ:piculis etiā meis quoniā ꝑ hæc illū cæpi ,ueꝝ hoíes corrupti ſupbia ita ætatem agunt quaſi ueſtros honores conténant:ita hos petunt quaſi hone ſte uixerint:ne illi falſi ſunt q diuerſiſſimas res pariter expectant :ignauiæ uoluptatē & p̄mia uirtutis:atq; etiā cū apud uos ī ſenatu uerba faciunt plæraq; oratiōe ſuos extollūt:eoꝝ fortia facta memorando clariores ſe putant:quod contra eſt.Nam q̄to uita eoꝝ p̄clarior:tanto eo rum ſocordia flagitioſior.Et,pfecto ita ſe res habent:Maioꝝ gloria poſteris lumen eſt:neq; bo na neq; mala eoꝝ ī occulto patiť.Huiuſce rei ego inopiā patior qrites.Veꝝ id quod multo p̄ clariūs eſt mea facta mihi dicere licet.Nūc uidete quā iniq:quod ex aliena uirtute ſibi arrogāt id mihi ex mea utrtute nō concedunt.ſ.q imagines nō habeo:& qa mihi noua nobilitas é:quā certe peperiſſe melius eſt:quam acceptā corrupiſſe.Eqdem ego ignoro:ſi iam reſpondere ue lint abunde illis facundā:& campoſitam oratiōnē fore:ſed ī maximo ueſtro beneficio:cū oī bus locis me uoſq; maledictis lacerent:nō placuit reticere:ne qs modeſtiā in conſcientiā duce ret:nam me qdem ex animi ſententia nulla oratio lædere poteſt:qppe uera neceſſe eſt bene p̄ dicet.Falſa uita moreſq; mei ſuperent.Sed quoniam ueſtra conſilia accuſanť:q mihi ſūmū ho norem & maximū negotium īpoſuiſtis:etiam atq; etiam reputate:num eoꝝ pœnitendum ſit. Non poſſum fidei cauſa imagines:neq; triūphos:aut cōſulatus maioꝝ meoꝝ oſtentare. At ſi res poſtulet haſtas uexillum phaleras:alia militaria dona:p̄terea cicatrices aduerſo corpe. Hæ ſunt meæ imagines:hæc eſt mea nobilitas non hæreditate relicta:ut illa illis:Sed quæ ego plu ribus laboribus & periculis quæſiui.Nō ſunt compoſita uerba mea:paꝝ id facio:ipſa ſe uirtus ſatis oſtendit:illis artificio opus eſt:ut turpia facta oratione tegant:neq; litteras græcas didici: paꝝ eas placebat diſcere:qppe quæ ad uirtutem doctoribus,pfuerunt nihil.At illa multo op tima re;pu.doctus ſum hoſtes ferire:p̄ſidium agitare:nihil metuere niſi turpē famam hyemē & æſtatem iuxta pati:humi reqeſcere eodem tpe inopiam & laborem tollerare.His ergo præ ceptis milites hortabor:neq; illos arte colam:me opulenter:neq; gloriam meam laborem illo rum faciam.Hoc eſt utile hoc ciuile imperiū:nā cū tute per mollitiē agas exercitū ſupplicio cogere;hoc eſt dominum non īperatorē eē:hæc atq; alia talia maiores ueſtri faciēdo ſeq; réq; publi. celebrauere. qs nobilitas freta ipſa diſſimilis moribus nō illorum emulos cōtemnit:& omnes honores non ex merito:ſed quaſi debitos a uobis repetit.Cæterum homines ſuperbiſ ſimi procul errant:Maiores eorum omnia quæ licebat illis reliquer:Diuitias:imagies : memo riam ſui: præclaram uirtutem non reliquere.neq; poterant ea ſola:neq; datur dono:neq; acci pitur Sordidū me & incultis moribus aiunt:qa paꝝ ſcite conuiuium exorno:neq; hiſtrionem unum:neq; pluris p̄tii cocum:quā uillicum habeo:quæ nihil libet cōfiteri quirites.nam a pa rente meo:& aliis ſanctis uiris ita accepi:munditias mulieribus:uiris laborem cōuenire:oībus bonis oportere plus gloriæ quam diuitiaꝝ:arma non ſuppellectilem decori eſſe. Quin ergo quod iuuat.Quod caꝝ æſtimant:id ſemper faciant:ament:potent:ubi adoleſcentiam habuer ibi ſenectutem agant:in conuiuiis dediti:Ventri & turpiſſimæ parti corpis:ſudorem:puluerē & alia talia reliquant nobis qbus illa æpulis iucundiora ſunt:Verum non eſt ita.nam ubi ſe flagitiis dedecorauere turpiſſimi uiri:bonorum præmia ereptum eunt:ita iuſtiſſime luxuria & ignauia:peſſimæ artes illis q coluere eas nihil officiunt.r.pu.īnoxiæ cladi ſunt:nūc quonia illii q̄tū mores mei:non quātum illorum flagitia poſcebant reſpondi:de rep.loquar.Primum oīum de numidia bonum habere aiūm quirites nanq; uſq; ad hoc tempus lugurtham:quæ tu tata ſunt:omnia remouiſtis:auaritiam:imperitiam:atq; ſuperbiam.Deinde exercitus eſt ibi lo

corũ ſciens:ſed me hercule magis ſtrenuus quam fœlix: nam magna pars eius auaritia:aut temeritate ducum attrita eſt.Quam ob rem uos quibus militaris ineſt ætas: adnittimini mecũ & capeſſite.r.pu.neq; quéq̃ ex calamitate aliorum aut imperatorum ſuperbia metus cœperit. Ego met in agmine aut in prælio conſultor idem & ſocius periculi uobiſcum adero:me uoſque in ominibus rebus iuxta geram.Et profecto diis iuuantibus omnia matura ſunt:uictoria præda:laus.Quæ in dubia:aut procul eſſent:tamen omnes bonos reipublicæ ſubuenire decet. Etenim ignauia nemo immortalis factus eſt:neq; quiſq; parens liberis uti æterni forent: optauit magis ut boni honeſtiq; uitam exigerent.Plura dicerem quirites:ſi timidis uirtutem uerba adderent.Nam ſtrenuis abunde dictum puto.Huiuſmodi oratione habita.Marius poſt q̃ plæbis animos arrectos uidet propere cõmeatu:ſtipendio:armis aliiſq; utilibus naues onerat.Cum his Aulum Manlium legatum proficiſci iubet:ipſe interea milites ſcribere:non more maiorum:neq; ex claſſibus:ſed uti cuiuſq; libido erat:capite cenſos plæroſque.Id factũ: alii inopia bonoꝝ:alii per ambitionem conſulis memorabant.Quod ab eo genere celebratus:auctuſq; erat:& homini potentiam quærenti:egentiſſimus quiſq; opportuniſſimus:cui neq; ſua cura quippe quæ nulla ſunt:& omnia cum p̃cio honeſta uidentur.Igitur cum aliquanto maiore numero.Marius quam decretum erat in africam profectus:paucis diebus Vticam ꝫaduehitur.Exercitus ei traditur a.P.Rutilo legato.nam Metellus conſpectum Marii fugerat:ne uideret ea quæ audita animus tolerare nequiuerat.Sed conſul expletis legionibus cohortibuſq; auxiliariis:in agrum fertilem & præda onuſtum proficiſcitur. Oĩa ubi capta militibus donat. Deinde caſtella & oppida natura & uiris parum munita aggreditur prœlia multa.Cæterum alia leuia aliis locis facere:interim noui hoſtes ſine metu pugnæ adeſſe uidere fugientes capi:aut occidi fortiſſimũ quemq; tutiſſimum armis libertatem patriam parenteſq; & omnia alia regi: gloriam atq; diuitias quæri:ſic breui ſpacio noui ueteresq; coaluere:& uirtus omnium æqualis facta.At reges ubi de aduentu Marii cognouerunt:diuerſi in locos difficiles abeunt.Ita Iugurthæ placuerat, ſperanti:mox effuſos hoſtes inuadi poſſe romanos ſicuti plæroſq; remoto metu laxius licentiuſq; futuros.Metellus interea romam profectus contra ſpem ſuam lætiſſimis animis ſuſpicitur.Plæbi patribuſq; poſtq̃ inuidia deceſſerat iuxta carus.Sed Marius impigre prudenterq; ſuoꝝ & hoſtium res pariter attendere:cognoſcere quid boni utriq;:aut contra eſſet:explorare itinera regum conſilia & iſidias anteuenire.Nihil apud ſe remiſſum:neque apud illos tutum pati.Itaq; getulos & iugurtham ex ſociis noſtris prædam agẽtes ſæpe aggreſſus itinere fuderat:ipſumq; regem haud procul ab oppido cirtha armis euexerat.Quæ poſtq̃ glorioſa modo facta ſunt:neq; belli patrandi copiam cognouit:ſtatuit urbes quæ uiris aut loco pro hoſtibus:& aduerſum ſe opportuniſſime erant ſingulas circũuenire:ita ratus Iugurthã aut præſidiis nudatum:ſi ea pateretur:aut prælio certatuꝝ:nam Bocchus ſæpe ad eum miſerat nuncios:uelle po.ro.amicitiam nequid a ſe hoſtile timeret:id ſimulauerit ne quo improuiſius grauior accederet:an mobilitate ingenii pacem atque bellum mutare ſolitus eſſet parum exploratum eſt. Sed conſul uti ſtatuerat oppida caſtellaque munita adire: partim ui alia metu: aut præmia oſtentando auertere ab hoſtibus. Ac prĩo mediocria gerebat: exiſtimans Iugurtham ob ſuos tutandos ĩ manus uentuꝝ:ſed ubi illum procul abeſſe & aliis negociis intentum accepit:maiora & magis aſpera aggredi tempus uiſum eſt.Erat inter ĩgentes ſolitudines oppidum magnum & ualens nomine Capſa:cuius conditor Hercules lybis memorabatur cuius ciues apud Iugurtham immunes:leui imperio:& ob ea fideliſſima habebantur muniti aduerſum hoſtes non mœnibus modo:& armis atq; uiris:ueꝝ etiam multo magis aſperitate locorum.Nam præter oppido loca propĩnqua:alia omnia uaſta:inculta:egentia aquæ:infeſta a ſerpentibus:quorum uis ſicuti omnium ferarum inopia cibi acrior.Ad hoc natura ſerpentium pernitioſa:ſiti magis q̃ alia re accenditur.Eius oppidi potiundi Marium maxima cupido inuaſerat tum propter uſum belli:tum quia res aſpera uidebatur & Metellus oppidum Thalã magna gloria cœperat:haud diſſimiliter ſitum munitumq;:niſi quod apud Thalam non longe a mœnibus aliqui fontes erant.Capſenſes una modo atq; ea intra oppidum iugi aqua:cætera pluuia utuntur.Id ĩbiq; & in omni Africa quæ procul a mari ĩcultius agebat:eo facilius tolerabatur:quia numidæ plæriq; lacte & ferina carne ueſcebantur:& neq; ſalem:neq; irritamenta gulæ quærebant.Cibus illis aduerſus famem atque ſitim:non libidini: neq; luxuriæ erat.Igitur conſul omnibus exploratis:credo:diis fretus:nam contra tantas difficultates conſilio prouidere non poterat:quippe etiam frumenti inopia tenebatur. Quod numidæ pabulo pecoris magis q̃ aruo ſtudent. Et quodcunque natum fuerat iuſſu regis in loca munita contule-

rant. Aget autem aridus:& frugum uacuus ea tempestate:nam æstatis extremum erat. Tamen pro rei copia satis prouidenter exornat:Pecus omne quod superioribus diebus prædæ fuerat:equitibus auxiliariis agendum attribuit. Aulum Manlium legatum cum cohortibus ad oppidum laris:ubi stipendium & comeatum locauerat:ire iubet:dicitq; se prædabundum post paucos dies eodem uenturum. Sic incepto suo occultato pergit ad flumen Tanaim. cæterum in itinere quottidie pecus exercitui per centurias:item per turmas. xxx. duo æqualiter distribuerat:& ex coriis utres uti fierent curabat simul & inopiam frumẽti lenire:& ignaris omnibus parare quæ mox usui forent Deniq; sexto die cum ad flumen uentum est: maxima uis utrium est effecta: ubi castris leui munimento positis milites cibum capere:atq; uti simul cũ occasu solis egrederẽt:paratos esse iubet. Omnibus sarcinis abiectis aqua modo seque & iumẽta onerare. Deinde postq̃ tẽpus est uisum castris egreditur:Noctemq; totam itinere facto cõsedit. Idem pxima facit. Deinde tertia multo ante lucis aduentum peruenit ad locum tumulosum longe a Capsa non amplius duum milium interuallo ibiq; quamoccultissime põt cũ oĩbus copiis opperitur. Sed ubi dies cæpit:& numidæ nihil hostile metuẽtes oppido egressi repente omnem equitatum:& cum his uelocissimos pedites cursu tendere ad Capsam & portas obsidere iubet. Deinde ipse intentus propere sequi:neq; milites predari sinere. Quæ postq̃ oppidani cognouere res trepidæ sunt:ingens metus:malum improuisum:Ad hoc pars ciuium extra mœnia in hostium potestate cogere uti deditionem facerent Cæterum opus est incẽsũ: numidæ puberes interfecti sunt:alii omnes sunt uenundati:militibus diuisa præda. Id facinus cõtra ius belli:non auaritia neq; scelere consulis est admissum:sed quia locus lugurthæ opportunus nobis aditu est difficilis genus hominum mobile ĩfidum ante:neq; beneficio neq; metu coercitum:postq̃ tantã rẽ peregit Marius sine ullo suorũ incõmodo:magnus & clarus antea maior clarior hẽri cœpit Oĩa nõ bene cõsulta in uirtutẽ trahebantur. Milites modesto ĩperio habiti:simul & locupletes ad cælum ferre marium numidæ magis quam ullum mortalem timere. Postremo omnes socii:atq; hostes credere illi:aut mentem diuinam esse:aut deorum nutu cuncta portendi. Sed consul ubi ea res bene euenit ad alĩa oppida pergit pauca repugnantibus numidis capit:plura propter capsensium miserias igni corumpit:luctu atq; cæde omnia complentur:Deniq; multis locis potitus:ac plæriscq; exercitu ĩcruento:aliam rẽ aggreditur nõ eadem asperitate qua capsensium:cæterum haud secus difficilẽ. Nam que haud lõge a flumĩe Mulucha:quod lugurthe Bocchiq; regnum disiungebat:erat inter cæteram planitiem mõs saxeus mediocri castello satis patens ĩ ĩmẽsum editus uno perãgusto aditu relicto. Nam per omnia natura:uelut opere atq; cõsulto præceps erat:quem locum Marius quod ibi regis thesauri erant sũma ui capere ĩtendit. sed ea res forte q̃ consilio melius est gesta:Nam castello uirorum atq; armorũ satis magna uis & frumenti & fons aquæ:aggeribus turribusq; & aliis machinationibus locus importunus. Iter castellanorum angustum admodum utrinq; præcisæ uineæ cum ingenti periculo frustra agebantur:nam cum hæ paulo processerant igni aut lapidibus corrumpebantur. Milites neq; pro opere consistere propter iniquitatem loci:neq; ĩter uineas sine periculo administrare optimus quisq; eadem aut sauciari:cæteris metus augeri. At Marius multis diebus & laboribus consumptis anxius trahere:cum animo suo omitteret:ne incæptum quoniam frustra erat:an fortunam opperiretur:qua sæpe prospere usus est:quæ multos dies nocteq; æstuans agitaret:forte quidam ligus ex cohortibus auxiliariis miles gregarius castris aliquantum egressus:haud procul ab latere castelli quod aduersum præliantibus erat: aĩaduertit ĩter saxa repentes cocleas:quas cum unam atq; alteram deinde plures peteret studio legendi paulatim prope ad summũ montis egressus est. Vbi postq̃ solitudinem intellexit more ingenii humani cupido ad difficilia faciunda animũ inuadit. Et forte in eo loco grandis ilex coaluerat ĩter saxa:paululum modo prona:deinde flexa atq; aucta ĩ altitudinem:quo cuncta gignentiũ natura fert:cuius ramis modo :modo eminentibus saxis nixus ligus castelli planitiem præscribit:quod cuncti numidæ Intenti præliantibus aderant. Exploratis omnibus q̃ mox usui fore ducebat. Eodem regreditur non temere uti ascenderat:sed tẽtans omnia: & circũspiciens. Itaq; Marium propere adiit acta docet:hortatur ab ea parte qua descenderat castellum tentet. pollicetur sese itineris periculiq; ducem. Marius cum ligure promissa eius cognitũ ex præsentibus misit:quos uti cuiusq; ingenium erat:ita rem difficilem:aut facilem renũciauere. Consulis tamen aĩus paululum erectus est:itaq; ex copia tibicinũ & cornicinũ quiq; numero uelocissimos pedites delegit:& cũ his præsidio qui forent. iiii. centuriones:omnesq; liguri parere iubet:& negocio proximũ diem constituit. Sed ubi ex præcepto tempus est uisum:

paratis compositisq; oĩbus ad locum pergit. Cæteꝝ illi qui & ascensuri erant prædoctí ab duce arma ornatũq; mutauerant capite atq; pedibus nudis: ut prospectus nixusq; per saxa foret facilis. Super terga gladii & scuta ueꝝ ea numidica ex coriis gratia ponderis simul & offensa: quo minus streperẽt. Igiť prodiẽs ligus: saxa: & si quæ uetustate radices eminebant laqueis uinciebat qbus alleuiati milites facilius ascederẽt: iterdũ timidos ĩsolẽtia itineris leuare manu ubi paulo aspior ascensus erat: singulos præ se inermes mittere. Deide ipse cũ alioꝝ armis seq quæ dubia nixui uidebanť potissimus tentare: ac sæpius ascẽdens eadẽ & descẽdẽs: deide statim dimittens: cæteris audaciã addere. Igiť diu multúq; fatigati: tandem ĩ castellum pueniunt: deserta ab ea pte: quod oẽs sicut aliis diebus ad usum hostes aderant. Marius ubi ex nũtiis cognouit quæ ligus egerat: quãq; toto die ĩtentos pliis numidas tẽtauerat: tum uero cohortatus é: & ipse extra uineas egressus testudíe acta succedere: & simul hostẽ tormentis sagitariisq; & fundi toribus eminus terrere. At numidæ sæpe antea uineis romanoꝝ subuersis: itẽ icensis: non castelli mœnibus sese tutabanť: sed pro muro dies noctesq; agitare: maledicere romanis: ac Mario uecordiam obiectare: Militibus nostris Iugurthæ seruitiũ minari. secũdis rebus feroces esse: iterim oĩbus romanis: hostibusq; prælio intẽtis: magna ui utriq; pro gloria: atq; ĩperio his illis pro salute certãtibus repẽte a tergo signa canere. Ac primo mulieres & pueri q uisum processerant fugere. Deide uti qsq; muro ꝓximus erat: postremo cũcti armati iermesq; quod ubi accidit: acrius romani istare: fundere: ac plæroscq; tantũ mõ sauciare. Deide sup occisoꝝ uadere corpora auidi gloriæ: certantes muꝝ ascẽdere: neq; quẽq; oĩum præda morari sic forte correpta marii temeritas gloriam ex culpa inuenit. Cæteꝝ dũ ea res agitur Lucius sylla quæstor cũ magno eqtatu ĩ castra uenit. q uti ex latio: & sociis cogeret exercitũ romæ relictus erat: sed quoniam nos tanti uiri res admonuit idoneũ uisum é de natura cũltuq; eius paucis dicere. Neque enim alio loco de Syllæ rebus dicturi sumus & Lutius sisenna optíe diligentissime oĩum q eas res dixere ꝓsecutus: paꝝ mihi libero ore locutus uideť. Igiť Sylla patriciæ gentis nobilis fuit: familia ꝓpe iam extícta maioꝝ ignauia: litteris græcis atq; latinis iuste atq; doctissime eruditus: aio ingenti: cupidus uoluptatũ: sed gloriæ cupidior otio luxurioso: tamẽ ab negocio nũq; luxuria remorata: nisi quod de uxore potuit honestius consuli: facũdus ac callidus & amicitia facilis ad simulanda negocia altitudo ĩgenii ĩcredibilis multaꝝ reꝝ: ac maxíe pecuniæ largitor: atq; illi fœliciſſimo oĩum ante ciuilẽ uictoriã: nunquã sup ĩdustriã fortuna fuit: multiq; dubitauere: fortior an fœlicior esset. nã postea quæ fecerat ĩcertũ habeo: pudet an piget dissererе. Igiť Sylla ut supradictũ est postq; ĩ Africã atq; ĩ castra Marii cũ eqtatu uenit rudis antea & ignarus belli. solertissimus oĩum paucis tẽpestatibus factus est. Ad hoc milites benigne appellare multis rogantibus: aliis ipse ꝑ se dare: beneficia inuitus accipere: sed ea ꝓperantius quãs mutuũ reddere: ipse a nullo repetere: magis id laborare: ut illi quam plurimi deberent: ioca atq; seria cũ humillimis agere. In opibus ĩ agmíe atq; ĩ uigiliis multis adesse: neq; iterim quod parua ambitio solet: cõsulis aut cuiusq; boni famã lædere tantũmodó: neq; cõsilio neq; manu prioré aliũ pati plæroscq; anteuenire. Quibus rebus & artibus breui Mario & militibus charissimus factus é. At Iugurtha postq; oppidũ Capsam: aliosq; locos munitos & sibi utiles: simul & pecuniã magnã amiserat: ad Bocchũ nuncios mittit: quam primũ in numidam copias adduceret: prælium faciendi tẽpus adesse. Quẽ ubi cũctari accepit: dubiũ belli atq; pacis rõnes trahere: rursus uti ãtea ꝓxios eius donis corrũpit. Ipsiq; Boccho polliceť numidiæ tertiã partẽ si aut romãi africa expulsi: aut ĩtegris suis finibus: bellũ cõpositũ foret eo ꝓmio Bocchus illectus cũ magna multitudíe ad Iugurthã accedit: ita ãboꝝ exercitu cõiũcto. Mariũ ĩ Hyberna ꝓficiscentẽ uix decia pte diei reliqua iuadũt rati noctẽ quæ iã aderat: & uictis sibi muniméto fore: & si uicissent: nullo ĩpedimento: quod locoꝝ sciẽtes erant. Cõtra romanis utrũq; casum ĩ tenebris difficilẽ fore. igiť simul cõsul ex multis de hostiũ aduẽtu cognouit & ipsi hostes aderãt: & prius quã exercitus: aut ĩstrui: aut sarcinas colligere. Deniq; anteq; signũ: aut ĩperiũ ullũ accipere quisset: eqtes mauri atq; getuli. Nõ acie neq; ullo more ꝓlii: sed cateruati uti sors quosq; cõglobauerat ĩ nostros concurrũt. Qui oẽs trepidi improuiso metu: attamen uirtutis memores: aut arma capiebãt aut capiẽtes alios ab hostibus defensabãt. Pars equos ascẽdere: obuiã ire hostibus: pugna latrocinio magis q; ꝓlio similis fierí: sine signis: sine ordinibus eqtes peditesq; promixti cædere: alios obtrũcare: multos contra aduersos acerrime pugnantes ab tergo circũueníre: neq; uirtus neq; arma satis tegere: quod hostes numero plures & ũdiq; circunfusi erant. Deniq; romani ueteres: nouiq; & ob ea scientes belli: si quos locus aut casus coniunxerat: orbes facere. Atque ita ab omnibus partibus simul tecti: & instructi hostium uim sustentabant.

Neq; in eo tã aſpero negocio Marius territus: aut magis q̃ antea demiſſo animo fuit: ſed cum turma ſuã quã ex fortiſſimis: magis q̃ ex familiariſſimis parauerat; uagari paſſim: ac mõ laborã tibus ſuis ſuccurrere modo hoſtes ubi confertiſſimi obſtiterant inuadere: manu cõſulere mili tibus: quoniã ĩperare cõturbatis oĩbus nõ poterat. láq; dies conſũptus erat: cũ tamen barbari nihil remittere atq; uti reges præceperant: noctem pro ſe rati acrius inſtare. Tũ Marius ex co pia regẽ cõſilia trahit: atq; uti ſuis receptui locus eẽt: colles duos iter ſe, ppíquos occupat. Quo rũ in uno caſtris pagẽ amplo fons aquæ magnus erat: alter uſui opportunus: qa magna parte edita & præcipiti pauca mũimẽta quærebat. Cæteg; apud aquã Syllã cũ equitibus noctẽ agita re iubet, ipſe diſpſos milites paulati: neq; mĩus hoſtibus cõturbatis in unũ trahit. Deíde í unũ cũctos pleno gradu in collẽ ſubducit. Ita reges loci difficultate coacti prælio: deterrentur: neq; tamẽ ſuos lõgius abire ſinũt. Sed utroq; colle mulitudine circũdato effuſi cõſedere. Deíde cre bris ignibus factis plærũq; noctis barbari more ſuo lætari: exultare: ſtrepere pedibus uocibus & ipſi duces feroces: quod non fugere: aut pro uictoribus ſeſe agere: ſed ea cũcta romanis ex tenebris & editioribus locis facilia uiſu magnoq; hortamento erant. Plurimũ uero Marius í peritia hoſtiũ cõfirmatus: quã maximũ ſilẽtiũ fiẽri iubet nec ſigna quidẽ uti per uigilias ſole bãt canere: Deíde ubi lux aduẽtabat: defeſſis iam hoſtibus ac paulo ante ſõno captis: de ĩproui ſo uectigales itẽ cohortiũ: turmarũ: legionũ tubicines ſimul oẽs tuba canere: milites clamorem tollere: aut portis erũpere iubet. Mauri atq; gætuli ignõto atq; horribili ſonitu repẽte exciti : neq; fugere: neq; arma capere: neq; omĩno facere aut prouidere quicq̃ poterãt: ita cũctos ſtre pitu: clamore nullo ſubueniẽte: nĩis iſtantibus tumultu terrore: formidine: q̃ſi uecordia cæpe rat: deniq; oẽs fuſi fugatiq; arma & ſigna militaria plæraq; capta ſũt: plureſq; eo prælio quam oĩbus ſupioribus iterẽpti ſũt: nã ſõmo & metu iſolito ĩpedita fuga: deíde Marius ut cœpat in hyberna proficiſcitur pp cõmeatũ í oppidis maritimis agere decreuerat; neq; tamen uictoria ſocors aut iſoles factus ſed pariter ac í cõſpectu hoſtiũ quadrato agmine ĩcedere ſylla cũ equi tatu apud extremos in ſiniſtrra parte Aulus Málius: cũ fũditoribus & ſagiptariis. Præterea co hortes ligurẽ curabat. Primos & extremos cũ expeditis maniplis tribunos locauerat. Perfugæ minime cari: & regionũ ſciẽtiſſimi hoſtiũ iter explorabãt. Simul cõſul quaſi nullo ĩpoſito oĩa puidere apud oẽs adeſſe laudare aut ĩcrepare merentes. Ipſe armatus ĩtẽtuſq; itẽ milites coge bat: neq; ſecus atq; iter facere, caſtra munire: excubitũ í porta cohortes ex legionibus pro ca ſtris equites auxiliarios mittere. Præterea alios in munimẽtis ſuper uallũ locare: uigilias ipſe circũire: nõ tã diffidẽtia futurorũ quæ ĩperauiſſet: quã uti militibus exæquatus cũ ĩperatore la bor uolẽtibus eſſet: & ſane Marius illoq; aliiſq; tẽporibus Iugurtini belli pudore magis q̃ ma lo exercitũ coercebat: quod multi per ambitionẽ fieri agebãt quod a pueritia cõſuetã duritiẽ: & alia quæ cæteri miſerias uocãt uoluptati habuiſſe niſi tamẽ ac r.p. pariter ac ſæuiſſimo ĩpe rio bene atq; decore geſta ſũt. Igitur quarto deniq; die: haud lõge ab oppido Cirtha undiq; ſi mul ſpeculatores citi ſeſe oſtentãt. Quare hoſtis adeſſe ĩtelligitur. Sed quia diuerſi redeũtes ali us ab alia parte atq; oẽs idẽ ſignificabant: cõſul ĩcertus quonã modo aciẽ ĩſtrueret: nullo ordi ne cõmutato: aduerſũ oĩa paratus: ibidẽ opperitur. Igiẽ iugurthã ſpes fruſtrata qui copias in quattuor pes diſtribuerat ratus ex oĩbus æque aliquos ab tergo hoſtibus uẽturos. Interĩ ſylla quẽ primũ hoſtes attingerant cohortatus ſuos: turmatim: & quammaxime cõfertis equis ipſe aliiq; mauros ĩuadunt: cæteri in uno loco manentes ab iaculis eminus emiſſis: corpora tegere & ſi qui in manu uenerant obtruncare. Dum eo modo equites præliantur: Bocchus cum pe dibus quos uolux filius eius adduxerat, neq; in priore pugna in itinere morati affuerant: po ſtremam romanorũ aciem inuadunt. Tum Marius apud prĩos agebat: quod ibi ingurtha cũ plurimis erat. Deinde numida cognito Bocchi aduentu: clam cum paucis ad pedites conuer tit: ibi latine: nam apud numantiam loqui didicerat exlamat noſtros fruſtra pugnare pauloan te Marium ſua manu interfectum ſimul gladium ſanguine oblitum oſtendere: quẽ in pugna ſatis ĩpigre occiſo pedite nr̃o cruẽtauerat. Quod ubi milites accepere: magis atrocitate rei q̃ fidei nũtii terreréẽt: ſimulq; barbari aĩos tolleẽ: & ĩpculſos acrius ĩcedeẽ: iãq; paululũ a fuga abe rãt: cũ ſylla, pfligatis his quos aduerſũ ierat rediẽs mauris ab latere ĩcurrit. Bocchus ſtati auerti tur. At iugurtha dũ ſuſtẽtare ſuos: & ppe iã adeptã uictoriã retinere cupit: ab eq̃tibus cirũuẽtus dextra ſiniſtra oĩbus occiſis: ſolus ĩter tæla hoſtiũ uitabũdus erupit. Atq; ĩterim Marius fuga tis equitibus accurit auxilio ſuis quos pelli iam acceperat. Deniq; hoſtes iam undiq; fuſi ſunt: tum ſpectaculũ horribile in campis patentibus ſequi: fugere: occidi: capi: equi: atq; uiri afflicti

uulneribus acceptis:neq; fuegeī posse:neq; quieté pati niti modo ac statim concidere.Postre
mo omnia qua uisus erat cōstrata telis armis cadaueribus & interea humus infecta sanguine:
postea loci consul haud dubie iam uictor peruenit in oppidū cirtham quo initio profectus in
tenderat:eo post quintū diem quam itex barbari male pugnauerant:legati a Boccho ueniūt
qui regis uerbis ab mario petiuer̄:duos q̄ fidissimos ad eum mitteret:uelle d̄ suo populiq; ro.
commodo cum his disserere.Ille statim.L.Syllam & aulū manlium ire iubet. Qui quáq̄ acciti
ibant:tamē placuit uerba ad regem facere:ingeniū aut uti aduersū flecterent:aut cupidum pa
cis uæhementius accéderent.Itaq; sylla cuius facundiæ non ætati a manlio concessum é uer-
ba pauca huiuscemodi est locutus.Res Bocche magna nobis est lætitia:cū te talē uirū dii mo
nuere:ut aliquando pacem quam bellū malles neu te optimū cum pessimo oīum iugurtha mi
scendo cōmaculares:simul nobis demeres acerbam necessitudiné: pariter te errantē:& illum
sceleratissimū persequi ad hoc populo ro.iam a principio inopi:melius uisū amicos quam ser
uos quærere:tutiusq; rati uolentibus q̄ coactis īperitare.Tibi nulla opportunior amicitia no-
stra primū quod procul absumus in quo offēsæ minimū est gratia par ac si prope adessemus:
deinde quod parentes abunde habemus amicox:neq; nobis:neq; cuiq̄ hominū satis fuit:atq;
hoc utinam tibi a principio placuisset profecto ex populo ro.ad hoc tempus multa plura bo-
na accepissesquam mala perpessus esses:sed quoniam humanax rerum plæraq; fortuna gerit
cui.s.complacuit uim & gratiā te experiri nūc quoniam per illam licet:festina atq; uti cœpisti
perge.Multa opportuna habes quo facilius errata officiis superes.Postremo hæc in pectus tu
um dimitte:nunq̄ populū ro.beneficiis uictū esse:nam bello quam ualeat tu te scis:Ad ea Boc
chus placide & benigne simul pauca pro delicto suo uerba facit se non hostili animo: sed ob
regnum tutandū arma cœpisse.nam numidiæ parte unde Iugurtham expulerit iure belli suā
factam eam uastari a Mario pati nequisset.Præterea missis antea Romam legatis repulsum ab
amititia.Cæterax uetera omittere ac tū si per Mariū liceret legatos ad senatū missux: deinde
copia facta lóquendi animus barbari ab amicis flexus:quos Iugurtha cognita legatione Syllæ
& Mallii metuens id quod parabatur donis corruperat.Marius interī exercitu in hybernacu-
lis composito cum expeditis cohortibus & parte equitatus proficiscitur in loca sola obsessum
turrim regiam quo Iugurtha perfugas omnes præsidiū imposuerat.Tum rursus Bocchus seu
reputando quæ sibi duobus præliis euenerant:seu monitus ab aliis amicis quos incoruptos
Iugurtha reliquerat.Ex omni copia necessariox quinq; delegit:quorum & fides cognita & ī
genia uallidissima erant.Eos ad Marium ac deinde si placeat Romam legatos iubet ire:agen-
darum rex:& quocūq; modo belli componendi licentiam ipsis permittit.Illi mature ad hy-
berna romanox proficiscuntur.Deinde a getulis latronibus in itinere circūuenti spoliatiq; pa
uidi sine decore ad Syllam profugiunt.Quem consul in expeditionem proficiscens pro præto
re reliquerat:eos ille non pro uanis hostibus:ut meriti erant:sed accurate & liberaliter habuit
Quare barbari & famam romanox auaritiæ falsam:& Syllam ob munificentiam in sese ami-
cum rati:nam etiam tum largitio multis ignota erat, munificus & nemo putabatur:nisi pa-
riter uolens dona omnia in benignitate habebantur.Igitur quæstori mandata Bocchi patefa
ciunt:simul ab eo petunt uti fautor:consultorq; sibi adsit copias : fidem:magnitudinem re-
gni sui:& alia quæ aut utilia aut beniuolentia esse credebant:oratione extollunt:deinde Sylla
omnia pollicito docti quomodo apud Marium:item apud senatum uerba facerent: circiter.
xl.ibidem opperiuntur.Marius postq̄ infecto quo intenderat negocio rediit Cirtham de ad-
uentu legatorum certior factus est illosq; & Syllam ab utica uenire iubet.item Luciū bellige-
rum prætorem:præterea omnes undiq; senatorii ordinis quibus cum mandata Bocchi cogno
scit:in quis legatis potestas Romam eundi fit:et ab consule interea inducię postulabantur:ea
Syllæ & plærisq; placuere pauci ferocius decernunt.s.ignari rerum humanax:quæ fluxæ &
mobiles semper in aduersa mutantur.Cæterum mauri impetratis omnibus rebus tres Romā
profecti.cum:Cn.Octauio ruffone:qui quæstor stipendium in africam portauerat. Duo ad re
gem redeūt.Ex his Bocchus cum cætera:tum maxime benignitatem: & studium Syllæ libēs
accepit.Romæq; legatis eius poq̄ errasse regē & iugurthæ scelere lapsū deprecati sunt:amici
tiam & fœdus:petentibus hoc modo respondetur. Senatus & populus romanus beneficii &
iniuriæ memor esse solet.Cæterum boccho quoniam pœnitet delicti gratiam facit:fœdus &
amicitia dabuntur cum meruerit.Quibus rebus cognitis Bocchus per litterasa Mario peti-
uit ut syllam ad se mitteret:Cuius arbitratu de negociis cōmunibus consuleretur. His missus
cū p̄sidio equitū atq; peditum:funditox:baleatox:p̄terea iere sagiptarii:& cohors peligna cū

uelitaribus armis:itineris properandi causa:neq; his secus atq; alius armis aduersū tæla hostiū quod ea læuia sunt muniti erant:sed in itinere quinto denicq; die Volux filius Bocchi repente in campis patentibus cum mille & non amplius equitibus sese ostēdit qui temere & effuse eū tes Syllæ aliisq; omnibus & numero amplioré uero:& hostilem metū efficiebant:igit' se quisq; expedire arma atq; tæla tentare:itendere:timor aliquantus: sed spes âplior quippe uictoribus & aduersū eos quos sæpe uicerant:interim equites exploratū præmissi rem uti erat quietam nunciant. Volux audiens quæstorem appellat:dicitq; a patre Boccho obuiā illi simul & præsi diū missū. Deinde per eū & proximū diem siue metu coniūcti eūt. Post ubi castra locata & di ei uesper erat:repente Maurus incerto uultu pauens ad Syllam accurit:dicitq; sibi a speculato ribus cognitū iugurtham haud procul abesse. Simul uti noctu clam secū profugeret:rogat atque hortatur:ille animo feroci negat se totiens fusum numidā pertimescere: uirtuti suoq; satis credere etiā si pestis cetta adesset mansuq; potius q̄ proditis his quos ducebat:turpi fuga in certe ac forsitan post paulo interituræ morbo uitæ parceret. Cæteq; ab eodē monitus uti noctu proficiscerent':consiliū approbat ac statim milites cœnatos esse in castris:igneisq; creberrimos fieri. Deinde prima uigilia silentio egredi iubet:iāq; nocturno itinere fessis oībus sylla pariter:cum ortu solis castrametebat' cū equites mauri nunciant iugurthā circiter duū milium interuallo consedisse ante eos quod postq̄ auditū ē:tum uero ingens metus nostros iuadit credere se proditos a Voluce & insidiis circunuentos. Ac fuere qui dicerent manu uidicandum neq; apud illū tantū scelus inultū relinquendū. At sylla quanq̄ eadem existimabat:tamē ab iniuria mauq; prohibet:suos hortat':uti fortē animū gererent:sæpe dicebat antea a paucis aduersus multitudinē bene pugnatū quanto sibi in prælio minus peperciissent:tanto tutiores fore:nec quenq̄ decere qué manus armauerat ab inermibus pedibus auxiliū petere in maxio metu nudū & cæcū corpus ab hoste uertere. Deinde uolucré:quoniam hostilia faceret iouē maximū obtestatus:ut sceleris atq; pfidiæ Bocchi:testis adeēt castris abire iubet. Ille lachrymās orare ne ea crederet:nihil dolo factū ac magis calliditate iugurthæ:cui uidelicet speculāti:iter suū cognitū esset. Cæteq; quoniā ingentē multitudinē nō hēret:& spes opesq; oēs ex patre suo pēderent ut crederet illū non ausuq; palā:cū ipse filius hic testis adesset. Quare optimū factū uideri per media eius castra palā transiret sese uel p̄missis uel ibidē relictis mauris:se solū cū Sylla ituq;:ea res uti ī tali negocio pbata est ac statī profecti quia de iprouiso acciderāt:dubio atq; hesitante iugurtha icolumes trāseūt. Deīde paucis diebus quo ire itenderāt peruētū est ibi cū Boccho numida quidā noīe Aspar multū & familiariter agebat:p̄missus a iugurtha postq̄ Sylla accitū audierat oratū & speculatū Bocchi cōsilia ierat:præterea Dabar Massugradæ filius ex gēte Masinissæ cæteq; materno genere ipar:nā mater eius ex cōcubina orta erat:ob īgentia multa facta mauro carus acceptusq;:quē Bocchus fidū romanis multis antea tēpestatibus expertus:illico ad syllā nunciatū mittit paratū sese facere quæ populus ro. uellet: colloquio diē locū tēpus ipse deligeret:consulta sese diē oīa cū illo integra hēre:neu iugurthæ:legatū pertimescere:quo res cōis licētius gereretur:nā ab īsidiis eius aliter caueri nequiuisse:sed ego comperio Bocchū magis punica fide quā ob ea quæ p̄dicabat:simul romanos & numidā spe pacis detinuisse multūq; cū suo aīo uoluere solitū:iugurthā romanis an illi syllā traderet libidinem aduersū nos: metū pro nobis suasisse:Igit' pauca sylla respōdit corā aspere locutuq; cætera occulte aut nullo præsente aut quam pauciissimis præsentibus:simul edocet quæ respōderētur postq̄ sicuti uoluerāt cōgressi dicit se missū a cōsule uenisse quæsitū ab eo:pacē an bellū agitaturus foret. Tūc rex uti præceptū fuerat:post diē decimū redire iubet ac nihil iā nunc decreuisse sed illo die responsuq; deīde ambo ad sua castra digressi:sed ubi plærunq; noctis processit Sylla a Boccho occulte accersitur ab utroq; tantūmodo fidi interpretes adhibentur. Præterea Dabar internuntius sanctus uir iurat ex sententia ambobus ac statim sic rex incipit: nūq̄ ego ratus sum fore. Vti rex maximus in hac terra & omniū oppulentissimus quos noui priuato homini gratiā deberē & Hercule sylla ante te cognitū multis orantibus aliis ultro egomet opē tuli:nullius īdigni. Id īmunitū qd cæteri solēt dolere ego lætor fuerit mihi eguisse aliquā do p̄ciū tuæ āicitiæ q̄ apd' aīum meū nihil carius hēo. id adeo expiri licet arma uiros:pecūiā postrēo qcqd aīo libet sume utere & quoad uiues nūq̄ tibi rādita grām putaueris sēp apd' me integra erit. Denicq; nihil frustra uoles:mesciente:nā ut ego existīo regē armis q̄ mūificētia uicimus flagitiosū. Cæteq; de rep. ura cuius huc curator missus es paucis accipe bellū ego po. ro. neq; feci neq; factum unq̄ uolui. Fines meos aduersum armatos armis tutatus sum. Id omitto quando uobis ita placet. Gerite uti uultis cum iugurtha bellū ego flumen Muluchā quod

inter me & micipſam fuit: non egrediar: neq; intrare iugurtham ſinam. Præterea ſiquid meq; uobiſq; dignum petieris: haud repulſus abibis. Ad ea ſylla pro ſe breuiter & modice de pace de cõibus rebus multis diſſeruit. Deinde regi patefecit quod polliceatur ſenatũ & populũ ro: quoniam amplius armis ualuiſſet non in gratia habituros faciẽdũ aliquid quod illoꝝ magis q̃ ſuam retuliſſe uideretur id adeo in prõptu eſſe: quoniam iugurthæ copiam haberet: quẽ ſi romanis tradidiſſet fore ut illi plurimũ deberetur amicitiam fœdus numidiæ partem q̃ nũc peteret tũ ultro aduenturam. Rex primo negare affinitatem cognationẽ: præterea fœdus iter ueniſſe. Ad hoc metuere ne fluxa fide uſus popularium animos auerteret quis iugurtha carus romani inuiſi erant. Deniq; ſæpius fatigatus leniter ex uoluntate Syllæ omnia ſe factuꝝ pro mittit. Cæterũ ad ſimulandũ pacem cuius numida deſeſſus bello auidiſſimus erat quæ utilia uiſa conſtituũt. Ita compoſito dolo digrediunt. Et rex poſtero die Aſperem lugurthæ legatũ appellat. Dicitq; ſibi per Dabarem ex Sylla cognitũ poſſe conditionibus bellũ poni. Quãobrem regis ſui ſententiã exquireret ille in caſtra iugurthæ uenit. Deinde cũcta doctus propera to itinere poſt diem octauũ redit ad Bocchũ & ei nunciat iugurtham cupere omnia quæ imperarentur facere ſed Mario parũ confidere. Sæpe antea cum ĩperatoribus romanis pacem cõuentam fruſtra fuiſſe. Cæteꝝ Bocchus ſi ambobus conſultum & ratam pacẽ uellet daret operam ut una ambobus quaſi de pace in colloquiũ ueniretur: ibiq; Syllam traderet ſibi. Cũ talẽ uiꝝ in ptãte habuiſſet tũ fore uti iuſſu ſenatus & populi ro. fœdus fieret: neq; hoſtem nobilẽ non ſua captũ ignauia: ſed ob rem populi ro: in hoſtiũ poteſtate relictũ iri. Hæc marius ſecũ ipſe diu uoluẽs tandẽ promiſit. Cæteꝝ dolo an uero cunctatus paꝝ comperimus: ſed plærũq; regiæ uoluntates ut uæhementes ſic mobiles ſæpe ipſæ ſibi aduerſæ. Poſtea tempore & loco conſtituto in colloquiũ uti de pace ueniret Bocchus Syllam modo: modo iugurthæ legatum appellare benigne habere. Idẽ ambobus polliceri illi læti pariter ac ſpei bonæ eſſe pleni ſed no ctẽ ea quæ pxima fuit ante diem colloquio decretũ Maurus adhibitis amicis ac ſtatim ĩmutata uoluntate remotis a ſe cæteris dicitur ſecum ipſe multa agitauiſſe uultu colore ac motu corporis pariter atq; animo uarius: quæ ſ. ita tacente ipſo occulta & oris ĩmutatione patefeciſſe: tamen poſtremo Syllam accerſiri iubet: & ex eius ſententia numidæ inſidias tendit: deide ubi dies aduenit & ei nuntiatũ eſt iugurtham haud procul eſſe cum paucis amicis & quæſtore noſtro quaſi obuius honoris cauſa procedit in tumulũ facillimũ uiſu iſidiantibus: eodẽ numida cum plæriſq; neceſſariis ſuis inermis uti dictũ erat accedit. ac ſtatim ſigno dato undiq; ſimul ex inſidiis iuaditur. Cæteri obtruncati iugurtha uinctus Syllæ traditur & ab eo ad mariũ deductus eſt per idem tempus aduerſum gallos ab ducibus noſtris. Qu. Scipione & Manlio male pugnatum eſt. Quo metu italia oĩs contremuerat. Illiq; & omnes uſq; ad noſtram memoriã romani ſic habuere alia oĩa uirtuti ſuæ prona eſſe cũ gallis pro ſalute non pro gloria certare. Sed poſtq̃ bellũ in numidia confectum: Iugurtham Romã victũ adduci nunciatum eſt. Marius conſul abſens factus eſt & ei decreta prouincia & gallia. Hiſq; calendis ianuariis cũ magna gloria conſul triumphauit tempeſtate ſpes atq; opes ciuitatis in illo ſitæ.

FINIS.

CRISPI SALVSTII OPVS FOELICITER EXPLICIT.

CRISPI SALVSTII ORATORIS CLARISSIMI VITA.

Riſpus Saluſtius uir patricius ab ineũte ætate bõis artibus ĩbutus ad rẽpu. gerẽdã animũ applicuit: ĩ qua nõ pauca aduerſa paſſus prudẽtia ſua ſupauit & reſp. iã carthagine atq; numãtia euerſa. Aſiaq; domita ut nec nobilitati nec uirtuti ſua redderẽtur p̃mia atq; ĩpudẽti atq; audaciſſimo cuiq; plæbs obſequeret. Hĩc dominatus. L. Syllæ & proſcriptionis tabula romanis ciuibus prius ignota prolata eſt: hĩc flagitioſa Catilinæ coniuratio. Hĩc bellũ ciuile ĩter cæſarẽ & Põpeiũ exortũ libertatẽ ciuitati ademit. His igit̃ hoĩum moribus conflictatum Criſpi ingenium ſuapte natura integrum iuuenili ac flagranti ætate ꝓ cliuem ad adulteria libido rapuit atq; corrupit: neq; id impune diu admiſit: nam ut Varro tradit ab annio milone domi deprehenſus & grandi pecunia maulctatus eſt bis ad ſubſelia accuſatus: atq; abſolutus a iudicibus nõ ſine pecũia ut fertur diſceſſit: domũ auitã tãto patris dolo

re iam ætate cõfecti uẽdidit ut uita decedere cogerẽtur. Consumptis igitur opibus patris: & quæstura prius functus: deinde tribunus plebis creatus est. Ac postremo prætorẽ ulterioris africæ designatum eum proconsulem cum exercitu regno Iubæ rege necato Cæsar præfecit atq; in prouinciam redegit. Quæ sane Crispus mutatis moribus iam graueſcente ætate per libidinẽ atq; flagitia pdegisset non mõ recuperauit: sed præciosissimos in urbe hortos tyburtinamq; uillã ab ipso Iulio emit. Cuius nutu bello ciuili iam peracto omnia regebantur: nec leges maiorũ amplius in rep. administranda seruabantur. sic externo atq; barbaro cuiq; si Cæsari lubebat in senatum aditus patebat ac sententiam non cosularis sed gallus aut ignobilis ac sordidus quisq; dicebat: Quibus rebus indignatus salustius remp. deseruit: atq; ad intermissa studia rediens quæq; a populo ro. Præclare gesta fuissent scribere decreuit: ne id ipsũ ocii qđ elegerat ignauia atq; desidia tereret: aut illiberalibus officiis ĩtẽtus mius utilis reip. foret q̃ ãte hac extitisset. Aggressus igitur bellum contra catilinæ cõiurationẽ atq; Iugurthã numidaꝫ potentissimum: ac prudentissimum gestũ tanta cura atq; diligentia perscripsit: ut non annales romanos modo: sed punicos & aphros ac peritos illius linguæ romanorum gesta diligenter euolueret: atq; in Africam traiecit: neq; legerat tantum: sed usu certiora etiam facta posteris narraret in hoc autem genere scribendi tantum laudis est assecutus: ut Quintilianus grauis atq; seuerus iudex Tuchididi græco historiarum scriptori adæquet: quẽ Cicero tãtope laudat: atq; sententiis crebrum autumat ut pene uerborum copiam sententiarum frequentia consequatur. Amicos habuit Corneliũ nepotem eodem scribendæ historiæ studio delectatũ ac. p. Nigidium figulum omnium doctrinarum genere: non inferiorem Varoni. Cicero uero ex familiari inimicus factus nescio qua de causa Terentiam uxorẽ ab eodẽ Cicerone repudiatam in uxorem duxit: ut ab ea quam diu sũma beniuolentia cum Cicerone uixerit: atq; suoꝫ consiliorum non ignara aliquid turpe eliceret quo acrius atq; turpius in eum inueheretur cuius in ciceronem extat inuectiua quã frequenti senatu habuisse fertur: natus Amiterni in sabinis bello iugurthino Romæ educatus Crispus habitauit iuxta mineruam: ubi nunc templum sanctæ mariæ ueneratur: Atq; in hunc usq; diem salustiana domus uocatur. Vixit usq; ad sexagesimum secundum annum septimum post Cæsaris obitum: Cuius Terentia uxor postea messalæ coruino præstantissimo sua ætate oratori nupsit.

Distichon Martialis.

Hic erit ut perhibent doctorum corda uirorum
Primus romana crispus in historia.

CRISPI SALVSTII. IN. M. T. CICERONEM INVECTIVA.

Rauiter & iniquo animo maledicta tua paterer. M. Tulli. si te scirem iudicio magis q̃ morbo animi petulantia ista uti: sed cum ĩ te neq; modũ: neq; modestiam ullam animaduerto: respondebo tibi: ut si quam maledicendo uoluptatẽ cœpisti: eã male audiendo amittas: ubi querar quos iplorem. P. C. diripi remp. atq; audacissimo cuiq; esse perfidiæ locũ: an apud po. ro. qui ita corruptus est largitionibus ut sese ac fortunas suas uænales habeat. An apud uos. P. C. quoꝫ auctoritas turpissimo cuiq; ludibrio ẽ. Vbi. M. T. leges iudicia po. ro. defendit: atq; in ordine ita moderatur quasi unus reliquus ex familia uiri clarissimi Scipionis Af. ac non repetitus accitus ac pauloante insitus huic urbi ciuis: an uero. M. T. facta tua ac dicta obscura sunt: an nõ ita a pueritia uixisti. ut nihil flagitiosum corpori tuo putares quod alteri collibuisset an scilicet istam immoderatã tuã eloquentiam apud. M. Pisonẽ non pudicitiæ iactura prædidicisse. Itaq; minime mirandũ est: quod eam flagitiose uendicas quã turpissime parasti. Veꝫ ut opinor splendor domesticus tibi animos attollit uxor sacrilega: ac periuriis nobilitata: filia matri pellex: tibi iucũdior atq; obsequentior q̃ parenti par est domũ ipsam tuam ui & rapinis funestam tibi ac tuis cõparasti uidelicet: ut nos cõmonefaciaſ quã conuersa resp. sit cum ĩ ea domo habitares homo flagitiosissime: quæ. P. Crassi uiri clarissimi fuit: atq; in hæc sita sint. Cicero se dicit in consilio deoꝫ ĩmortalium fuisse: inde missum huic urbi ciuibusq; custodem absq; carnificis nomine: qui ciuitatis ĩcõmodũ in gloriã suã ponit quasi uero non illius cõiuratiõis causa fuerit cõsulatus tuus & iccirco respu. disiecta eo tempore quo te custodem habebat sed ut opinor illa te magis extollunt quæ post consulatum cum uxorẽ de rep. cõsuluisti cũ legis planciæ iudicia domi faciebatis: ex cõiuratis alios pecũiæ condẽnabas. Cũ tibi alius Tuscula-

nam.Alius Pompeianam uillam ædificabat:Alius domũ emebat: qui uero nihil poterat hic erat caluminæ proximus:Hic aut domũ tuam oppugnatum uenerat:aut insidias senatui fecerat denicꝙ de eo tibi compertum erat.Quæ si tibi falsa obiicio: redde rationem quantũ patrimonii acceperis:quid tibi litibus accreuerit:quã ex pecunia domũ paraueris:Tusculanũ & põpeianũ infinito sumptu exædificaueris.Aut si retices cui dubium potest esse quin opulentiam istam ex sanguine & miseriis ciuiũ parasti.Vegꝫ ut opinor homo nouus arpinas:ex. M. Crassi familia illius uirtutem imitatur.Contemnit simultatem hominum nobilium.P.R.curam habet:necꝙ terrore necꝙ gratia mouet.Illud uero amicitia tantum ac uirtus est animi:imo uero homo leuissimus supplex inimicis:amicis contumeliosus modo harum modo illarꝫ partium: fidus neminileuissimus senator:mercenarius patronus cuius nulla pars corporis a turpitudine uacat:lingua uana:manus rapacissimæ :gula immensa:pedes fugaces:quæ honeste nominari nam possunt inhonestissima.Atꝙ is cum eiusmodi sit tamen audet.O fortunatam natam me consule romam? te fortunatam consule Cicero?imo uero infœlicem & miseram quæ crudelissimam proscriptionem ciuium perpessa est: cum tu perturbata repu.metu perculsos omnes bonos parere crudelitati tuæ cogebas:cum oĩa iudicia:omnes leges in tua libidine erãt. Cum tu sublata lege portia erepta libertate omnium nostrum uitæ necis quæ potestatẽ ad te unũ reuocaueras:atꝙ parum quidem uel parum est quod impune feciſti:uerum etiam commemorando exprobras:neque licet obliuiſci ius seruitutis suæ:egeris oro te Cicero feceris quid libet satis est perpessos esse: etiam ne aures nostras odio tuo onerabis? etiam ne molestissimis uerbis insectabere? Cedant arma togæ : concedant laurea linguæ. Quasi uero togatus & non armatus ea quæ gloriaris confeceris atque inter te syllamꝙ dictatorem: præter nomen imperii quicq̃ interfuerit:sed quid ego plura de tua insolentia commemorem? quem minerua omnes artes edocuit:Iuppiter optimus maximus in concilium deorum admisit.Italia exulem humeris suis reportauit.Oro te Romule arpinas: qui egregia tua uirtute omnes populos Fabios:scipiones superasti quem tandem locum in hac ciuitate obtines?quæ tibi partes. R.P. placent:quẽ amicum:quẽ inimicum habes:cui in ciuitate feciſti ĩsidias quo iure de exilio tuo durachio rediſti:cum sequebaris quos tyrannos appellabas eorum potentiæ faues qui tibi ante optimates uidebantur:eosdem dementes ac furiosos uocas.Vatinii causam magis de Sextio male existimas. Bibulum petulantissimis uerbis lædis.Laudas Cæsarem quẽ maxime odisti :. & ei maxime obsequeris aliud stans:aliud sedens sentis de repu.his maledicis illos odisti leuissime transfuga:necꝙ in hac necꝙ in illa parte fidem habes.

M.T.CICERONIS IN CRISPVM SALVSTIVM RESPONSIO SEV INVECTIVA.

SAdemum magna uoluptas est Crispe Salusti æqualem ac parem uerbis uitam agere:necꝙ quicq̃ tam obscœnum ducere cui non ab initio pueritiæ omni genere facinoris ætas tua respondeat: ut omnis oratio moribus consonet:necꝙ enim qui ita uiuit ut tu aliter ac tu loqui potest:necꝙ qui tam illoto sermone utitur:uita honestior est. Quo me uertam.P.C.unde initium sumam:maius enim mihi dicendi onus imponitur:quo notior est uterꝙ nostrum.Quod si aut de mea uita atꝙ actibus nostris huic conuiciatori respondero:inuidia gloriam consequetur : aut si huius facta mores omnem ætatem nuda uero:in idem uicium incidam procacitatis quod huic obiicio.Id uos si forte offendimini: iustius huic:quam mihi succensere debetis:qui initium introduxit:ego dabo operam ut & pro me minimo cum fastidio respondeam:& in hunc minime mentitus esse uidear:scio me.P.C. in respondendo non habere magnam expectationem quod nullum uos sciatis nouum crimẽ in Salustium audituros sed omnia uetera recognituros.Quibus & meæ & uestræ iam & ipsius aures calent.uerum eo magis odisse debetis hominem qui ne ĩcipiens quidem peccare minimis rebus posuit rudimentum: sed ita ingressus est:ut necꝙ ab alio uinci possit : necꝙ ipse se omnino reliqua ætate præterire.Itaꝙ nihil aliud studet:nisi ut lutulentus cum quouis uoluptari.longe uero fallitur opinione non enim procacitate linguæ uitæ sordes eluunturised est q̃dã calumnia quem unusquisꝙ nostrum testante aĩo suo fert de eo quod falsum crimen obiectat.Quod si uita istius memoriam uicerit aliam.P.C.non ex oratione sed ex moribus suis spectare debebitis.Iam dabo operam q̃ maxie potero breue ut faciã necꝙ nra uobis altercatio iutilis erit.P.C.plærunꝙ enim resp.priuatis crescit inimicitiis ubi nemo ciuis qualis sit uir potest latere:Primum igitur quoniam oĩum maiores Crispus Salustius ad unum exemplum & regulam quærit:uelim mihi respondeat nunquid hi quos protulit Scipiões & Metelli ante fue

runt:aut opinionis:aut gloriæ quã eos res ſuæ geſtæ:& uita innocentiſſime acta cõmendauit. Quod ſi hoc fuit illis initiũ nominis & dignitatis:cur non æque de nobis exiſtimetur? cuius & res geſtæ illuſtres ſunt & uita integerrime acta:quaſi uero tu ſis ab illis uiris Saluſti ortus:quod ſi eſſes:nonnullos iam tuæ turpitudinis pigeret.ego meis maioribus uirtute mea præluxi: ut ſi prius noti nõ fuerĩt a me accipiãt initiũ memoriæ ſuæ.Tu tuis uita quam turpiter egiſti:magnas effudiſti tenebras:ut etiam ſi fuerint egregii ciues certe uenerint in obliuionem. Quare noli mihi antiquos uiros obiectare:ſatius eſt enim me meis rebus geſtis florere:quam maiorũ opinione niti:& ita uiuere:ut ſim poſteris meis nobilitatis initium & uirtutis exemplum:neq; me cum his conferre decet.P.C.qui iam deceſſerunt:omniq; odio carent & inuidia: ſed cum his qui mecum una in rep.uerſati ſunt:ſed ſi fuerim aut in honoribus petendis nimis ambitioſus non hanc dico popularem ambitionem cuius me principem confiteor:ſed illam pernitioſam contra leges cuius primos ordines Saluſtius duxit:aut ĩ gerundis magiſtratibus:aut ĩ iudicandis maleficiis tam ſeuerus:aut in rep. tam uigilans:quam tu proſcriptionem uocas: credo quod non omnes tui ſimiles incolumes in hac urbe uixiſſent.At quanto meliore loco reſpuſtaret:ſi tu par ac ſimul ſceleſtorũ ciuium una cum illis annumeratus eſſes: an ego tunc falſo ſcripſi.Cedant arma togæ:qui togatus armatos & pace bellum oppreſſi:an illud mentitus ſũ: fortunatam me conſule romam.Qui tantum inteſtinum bellum ac domeſticum urbis incẽdium extinxi:neq; tui piget te homo leuiſſime cum ea culpas:quæ in hiſtoriis mihi gloriæ ducis.An turpius eſt ſcribentem mentiri quam illum palam hoc ordine dicentem? nam quod in ætatem increpuiſti tantum me abeſſe puto ab impudicitia:quantum tu a pudicitia. Sed quid ego de te plura quærar? Quid enim mentiri turpe dices:qui auſus mihi ſis eloquentiam ut uicium obiicere? cuius ſemper nocens eguiſti patrocinio:an ullũ exiſtimas poſſe fieri ciuẽ egregium:qui non his artibus & diſciplinis ſit eruditus:an ulla alia putas rudimenta & incunabula uirtutis:quibus animi ad gloriæ cupiditatem aluntur:ſed minime mirum eſt. P. C.ſi homo qui deſidiæ ac luxuriæ plænus ſit hæc ut noua ac inuſitata miratur:nam quod iſta inuſitata rabie petulanter in uxorem & in filiam meam inuaſiſti quæ facilius mulieres ſe a uiris abſtinuerunt quam tu uir a uiris ſatis docte ac perite feciſti non enim me ſperaſti mutuam tibi gratiã relaturũ ut uiciſſim tuos compellarem:unus enim ſatis es materiæ habens:neq; quicq̃ turpius eſt domi tuæ quã tu. Multum te uero opinio fallit:qui mihi putaſti parare inuidiam ex mea re familiari:quæ multo mihi minor eſt quam habere dignus ſum. Atq; utinam ne tanta quidem eſſet quanta eſt ut potius amici mei uiuerent quam ego teſtamentis eorum locupletior eſſem:ego fugax Criſpe Saluſti? furore tribuni plæbis ceſſi:utilius duxi quanuis fortunã unus experiri quam uniuerſo Po.Ro.ciuilis eſſem diſſenſionis cauſa qui poſtea ciuile ſuum animũ rep.depacatus eſſet omniaq; quæcũq; commouerat pace & ocio reſederũt:hoc ordine reuocãte atq; ipſa rep.manu retrahente me reuerti:qui mihi dies ſi cum omni reliqua uita conferatur aio qdẽ meo ſupetet:cũ uniuerſi uos populuſq; ro.frequens aduẽtu meo gratulatus tanti me fugacem mercenarium potronum hi exiſtimauerunt:neq; Hercule mirũ eſt ſi ego ſemper iuſtas omnium amicitias exiſtimaui non enim priuatim uni ancillatus ſum:neq; me addixi: ſed quantum quiſq; reip.ſtuduit tantum mihi fuit:aut amicus aut aduerſarius:ego nihil plus uolui ualere quam pacem.multi priuatorũ audacias metuerũt:ego nihil timui niſi leges:multi arma ſua timeri uoluerunt:ego nunq̃ uolui quicq̃ poſſe mihi præ uobis:multi ex uobis potentia fræti uobis ſuis uiribus abuſi ſũt.Itaq; non eſt mirũ ſi nullius amicitia uſus ſũ:qui non perpetuo reip.amicus fuit;neq; me pœniteti:ſi aut potẽti Vaticinio reo patrocinium pollicitus ſũ aut Sexti inſolentiam repreſſi aut bibuli patientiam culpaui aut uirtutibus cæſaris fauiquæ ſi tu mihi ut uitia obiicis temeritas tua reprehendeſ:non mea uitia culpabũſ. Plura dicerem ſi apud alios mihi eſſet diſſerendũ.P.C.non apd uos quos habui omniũ actionũ meaꝝ mũitores:ſed ubi reꝝ teſtimonia adſũt:qd opus eſt uerbis? nũc ad te ut reuertar Saluſti:patréq; tuũ prætereamq; ſi nũq̃ in uita ſua peccauit:tamen maiorẽ iniuriã reip.facere non potuit quam qd te talẽ filiũ genuit;neq; tu ſiq̃ in pueritia peccaſti exeq̃r ne parentẽ tuũ uidear accuſare:qd eo tempore ſũmam tui poteſtatem habuit:ſed q̃lem adoleſcentiam egeris:hac enim demõſtrata facile intelligetur:quam petulanti pueritia quã impudicus & procax adoleueris: poſtea quã ĩmenſæ gulæ impudiciſſimi corporis quæſtus ſufficere non potuit; & ætas tua ad ea patienda quæ alteri facere collibuiſſet:exoleuerat cupiditatibus ĩfinitis efferebaris ut quæ ipſe corpori tuo turpia nõ duxiſſes in aliis experireris:ita nõ ẽ facile reputaſ.P.C.utrũ ĩ honeſtioribus corporis ptibus ré q̃ſierit:an amiſerit domũ paternam uiuo patre turpiſſime uænalem habuit

uẽdidit:nec cuiquam dubiũesse potest qn mori coegerit eũ:quo nondũ mortuo pro hæræde gesserit omnia nec pudet a me quærere:qs in.P.Crassi domo habitet cũ ipse respõdere neqat: qs i ipsius habitet paterna domo.At Hercule lapsus ætatis tyrocinio postea se correxit nõ ita est sed abiit in sodalitium sacrilegi:nigidiam bis iudicis ad subsellia attractus extrema fortuna stetit:& ita discessit:ut non huic inocens esse:sed iudices peieraſſe extimarent.Primũ honoré in quæstura adeptus:secutus est hũc locum & hunc ordinem despectũ cuius aditus sibi quoq; sordidissimo hominũ patuisset.Itaq; timens ne facinora eius clandestina:clara:uobis essent cũ oĩbus matrum familiaꝝ uiris opprobrio esset cõfessus est nobis audientibus adulteriũ:neque erubuit ora uestra:uixeris ut libet Salusti egeris quæ uolueris:satis est unum te tuoꝝ scelerum esse consciũ.noli nobis langorem & soporem nimiũ exprobrare:sumus diligentes i tuéda pudicitia uxoꝝ nostraꝝ:sed ita expti nõ sumus:ut a te cauere possimus:audacia tua uincit studia nostra.Et quod hunc mouere possit factum aut dictũ turpe:quem non puduerit palam uobis audientibus adulteriũ cõfiteri:quod si nihil pro me tibi respondisse uoluissem:si illud cẽsorium eloqm Appii Claudii:&.L.Pisonis palam uniuersis recitarem:nõne tibi uiderer æternas iniicere maculas:quas reliqua uita tua eluere nõ posset:neq; post delectum senatus te unq̃ uidimus:nisi forte i ea re castra coniecisti: quo omnis sentina resp.confluxerat. Atq; idẽ Salustius qui in pace nec senator quidem manserat:postea quam resp.armis oppressa est;& idẽ uictor qui exules reduxit in senatum post quæsturá reductus est:quem honorem ita gessit: ut nihil uenale non in eo habuerit:cuius aliquis emptor fuerit.Itaq; egit ut nihil nõ æquum atq; uerum duxerit:quod ipsi facere collibuisset:neq; aliter uexauit:ac debuit si quis prædæ loco accepisset magistratũ.Peracta quæstura postea quam magna pignora eis debuerat cum qbus similitudíe uitæ se coniunxerat:unus iam ex illo grege uidebat.Eius.n.partis exẽplar erat Salustius:quod tãtum i unã uoraginé cœtus oĩum uicioꝝ excesserat qcqd impudicoꝝ cillonũ paricidaꝝ:sacrilegoꝝ debitoꝝ fuit i urbe:municipiis coloniis.Italia tota sicut i fretis subsederant nominis prædicti ac notatissimi nulla in parte casti:nisi licentia uicioꝝ ac cupiditate rerum nouaꝝ.Ac postea quã prætor est factus modeste se gessit & abstinenter:nõne ita puicia uastauit:ut nihil neq; passi sint:neq; expectauerint grauius socii nostri in bello: quam experti sunt in pace hoc Africa interiore optinente.Vnde tantum hic exausit.p.c.quantum uoluit:ne cãm diceret:sestertium duodecies cum Cæsare pacisci.quod si quippiam eoꝝ falsum est hic palã refellere:unde q non modo ne paternã qdem domũ redimere potueris:repente tanq̃ somnio beatus Hortos pciosissimos uillam Tiburti.C.Cæsaris reliquas possessiões praueris:neq; piguit quærere cur ergo.P.Crassi domũ emissem:cũ tu ueteris uillæ dominus sis:cuius paulo ante fuerit Cæsar modo inq̃ patrimonio nõ comeso:sed deuorato:qbus ratiõibus repente factus es:tam affluens & tam beatus.nam qs te faceret hæredẽ qué ne amicum qdem satis honestum quisq̃ sibi ducit nisi similis ac par tui? At Hercule ægregia facta maioꝝ tuoꝝ te extollũt: quoꝝ siue tu similis es siue illi tui:nihil ad tuũ scelus ac neq̃ iam addi põt:ueꝝ ut opinor honores tui te faciunt isolentẽ.Tu.Cris.Salusti.totidem te putas esse bis senatorem: & bis quæstorem fieri:quod bis cõsularé:& bis triũphalem:carere debet oĩ uitio:q in alteꝝ dicere paratus est.Demũ male dicit:q non põt ueꝝ ab alio audire.Sed tu oĩum mensaꝝ assecla:oĩum cubiculoꝝ in ætate pellex:& idẽ postea adulter oĩs ordinis turpitudo & simul belli memoria. Quid.n.hoc grauius pati potuimus quã quod te incolumẽ in hoc ordine uideamus: desine bonos petulantissima consectari lingua:desine morbo procacitatis isto:desine unũquéq; moribus tuis æstimare:his moribus amicum tibi efficere nõ potes:uideris uelle inimicũ habere: Finem dicendi faciam.p.c.Sæpe.n.uidi grauius offendere aĩos auditoꝝ eos:qui aliena flagitia aperte dixere:quam eos q cõmisere:mihi qdem ratio habenda est:non quæ Salustius merito debeat audire:sed ut ea dicá siqua ego honeste effari possum.

Vale.

Mnis homines qui in maximis principatibus uitam agũt:aut qui de rebus publicis:aut priuatis cõsultãt:decet ĩ primis aĩaduertere:ne cuiq̃ uoluptati temere assentiant:ne ue libeꝝ ĩgenium furore:aut iracũdia pessũdẽt.Sed uigilantius enitẽdum est:ut durent ĩuictis aĩs:ut oĩum rationes æque circũ spiciant.Nec in alterutrã partem declinent donec in luce clariores ĩ apertũ deductæ:& satis peroratæ uideantur.Difficile est enim cõmotis aĩs:& cõ citatis ĩgeniis uerum cuiq̃ persuadere. Tanta fit plærũq; uis:ac frequentia orationis.hæc si fuisset uobiscũ.P.C.aĩaduersio:dum perperam de meis mo ribus consul noster tanta acerbitate loquebatur:cũ pernicioſa:& isolenti facũdia ĩ caput meũ uestros concitabat aĩos:modulabatur orationem.Confidẽ profecto:ut illius procacitas ho dierna die ĩnocentia nostra deleretur.Sed uideo iam ſuggestione cõsulis pectora uestra rebus ĩcudere:uix meam perpeti orõnem : Credere iam illius auctoritati: meæ pudicitiæ diffidere. Quamobrẽ facile uereor ne ſera ſit nostræ, ſalutis defẽſio.Nam paucoꝝ ĩuidia plærũq; ĩnocẽ tes iure aut iniuria ſuppeditantur.Quæ res profecto;neq; constantiæ uiroꝝ illustrium: neq; romanæ disciplinæ:neq; senatoriæ dignitatis officia uidenẽ. Quare per deos ĩmortales uos. P.C.atq; humanitatẽ uestram appello ut in tantis rebus.non facile iudiciũ excipiatis : demul ſos ac deuictos aĩos facũdia Ciceronis pristinæ ĩtegritati restituite:& ita restituite:ut aliq̃do Ro.pricii:atq; Catilĩæ uerba ĩtelligatis.Si qd ĩ patriẽ peccaui qrites:neq; gr̃am neq; miſericor diã ĩploro:Erigite tũ ab hac luce aĩam.Trucidate hoc corpus:& mẽbra hæc ĩpudẽtia diuellite Nõ eo tẽdit oratio nr̃a:ut Catilinæ miſereamini.Sũma est.n.miſericordia ĩ parricidã ſubitum ſuppliciũ aĩaduertere.Sed hanc uerbis clementiã poſtulo.P.C.ne oĩo ĩnocentiam deſeratis:ne dum libertatẽ defenditis paucoꝝ iniquitate plæroſq; ĩnoxios perditum eatis. Oſtendã uobis atq; elucidabo:acerbas ĩ cõſilio nostro mecũ inimicitias non ſalute reip.fuiſſe exagitandi ĩpe rii cauſa non manu tenendæ libertatis deſiderio cuncta. Nã q̃tæ primũ ĩ ſuperioribus annis ĩ moderate ĩ me illũ diſcordiæ agitauerint:quãtiſq; atq; q̃ crebris poſtea ĩuicẽ cõtumeliis uerſa ti ſumus nõ referã:uobis enĩ oĩbus nota ſũt quirites.Sed ea malo dicere:quæ pximis comitiis poſtq̃ conſul deſignatus est ĩpudenter & temere: quæ tandẽ euomit : ſe nihilo magis q̃ exci dio Catilinæ conſulatnm petere.Teſtes hic duo uiri clariſſimi.M.An.conſul &.C.Cæſar:quo rũ auctoritate terminatio illa eo tẽpore ueluti paꝝ coſulta reprobata est.ltẽ nũc. P. C. talibus aĩs ĩperia tribuite qui curioſius priuatas inimicitias q̃ totius reip.ſaluté perſequanẽ.Nõ cupit Cicero cõſulatũ:ut opem referat miſeris:ut potẽtiam ĩproboꝝ arceat:ut ciuitatẽ defendat: ut reip.cõſulat.Sed ut maxime Catilinã delere:& circũſcribere poſſit.Hæc ſunt officia uiri cõſu laris:hæc glorioſi & ſãctiſſimi ciuis iſtitutiões. Tales hoĩes in dandis magiſtratibus nobilitati anteponite:quibus tantus & uaſtus est aĩus ext ĩguendi nobilitatẽ.Nã quod mihi huius uiri in terminatũ ẽ diligẽtius ĩ uos oẽs cõuerteret.Credite mihi.P.C.credite rata ẽ ĩter tam diſſimiles aĩos beniuolentiæ caritatisq; conſenſio.Ille ex municipio arpinati nouus hoſpes huic urbi in ſitus:eã uelut ĩgenitã rabiẽ atq; ĩuidiã aĩo uolutat:q̃ nouus exteris ciuibus:nõ tãtũ moꝛs ſed ue teri cõſuetudĩe natura cõpauit.Pridie ibi ĩpetiõe cõſulatus pr̃ia exprobata ẽ:aliq̃do nouitas ge neris obiecta æquo aĩo tantam contumeliam toleraſſe:tunc ĩpatientiſſimũ hoĩem exiſtimatis Incitabaẽ eo tempore truculẽto ſpiritu laceſſitũ ĩgenium:& ueluti uipera ſerpens ĩflammato ac ue nefico pectore ferox eius & crudelis animus agitabatur.Hic qui ſe patrem patriæ nomi nat:qui dicere ſolitus est hanc rempu.ſuo ſplendore decoratã:qui uiroꝝ omnium illustriũ: ac præſtantiſſimoꝝ:familias non modo æquaſſe:aut aliquando ſuis moribus:ueꝝtamen omni um maioꝝ uirtutem ſuperaſſe:cum obiectari ſibi nouitatem uideret:quo putatis eum ĩgenio perferre potui ſſe.Infremebat tunc dentibus:atq; ĩ uos omnes rabido rictu conceptam laten ter iram acuebat:quam neq; lenitam adeptione conſulatus in poſterum putetis.Cum non ue ſtra gratia:ſed ſuis maximis uirtutibus conſequi tantam dignitatem debere arbitretur.Nunc itaq; priores illos ĩpetus exequitur.Nunc his attibus perturbare ciuitatem iſtituit. Nũc ſe his cõſiliis ulciſci & nobilitatẽ eo deducere:ut nũq̃ ſibi nouitas obiiciatur.Faciet hoç.P.C.faciet niſi ueſter prudentiſſimus anſmus aliquando nostræ omnium ſaluti:& uniuerſæ reipu.conſu lat.Iam hoc primum initio ab hoc principe ſcelerum:ab hoc flagitioꝝ artifice:ita ciuitas nr̃a dira ac peſtilenti labe coſperſa est.Ita pernitioſum ſemen diffundit ĩ patriã;ut ſi aliquãdo cõ

ſitum radicibus paulū altius coaluerit delebitur quidē hæc reſp. pulcherrimū hac a ſtirpe cō-
cidet iperiū. Nihil enim eſt tam periculoſū ciuitatibus: q̄ cū delecti ciues inter ſe diſſident. Ini
mica nanq; eſt reꝝ maximaꝝ diſcordia. Ea res fortes diſſipat: & demolit. Ea quidē hanc nūc
inſeruit noſtre ciuitati. Hanc iter nos calamitatē ingeſſit. quæ ſi non mature prouideat: uideo
iā ſūmam fortunæ coniūctā hanc rēp. Video iam arma in manibus ueſtris. alteꝝ alteri obſiſte
re: hunc proſcribi alteꝝ uero trucidari. Vtinam enim reꝝ malaꝝ innocens Catilina finis eēt:
uti ē initiū. Nullū foret mihi graue pro rep. periculū ſubire: patriæ equidem proſcribi: patriæ
abdicari: emori paterer. Sed non ſemper cunctis mortalibus idem animus eſt. Erit alter impa
tientior: qui ulciſci malit q̄ improboꝝ perpeti iniurias. Tunc neceſſe eſt: ut ciuili bello res agi
tentur: periclitabit tunc patria: & in ancipites caſus: certumq; urbis excidium concidet repen-
te: & uentura tunc ingente lætitia efferentur: & optatis ſeſe rebus potiri gloriabitur. Cum hāc
uidebit armis ſplendere patriam: & iſtam admotis ignibus urbem lucere. Tunc laudabit ſua
conſilia: & extollet inuictum animum: & pro ſuis contumeliis ſatis ſe maioreſq; ſuos ultum iri
exiſtimabit. Nam prædicare aliquando ſolitus originem ſe generis habuiſſe ex tullii hoſtilii
familia uolſcoꝝ regis quidem po. ro. inimiciſſima: quæ ſola prorſus nota eſt occaſio ut uniuer
ſum ſit ſibi nomen po. ro. odio ſemperq; exhorreat hanc remp. cuius ditione obſcurata eſt ma
ioꝝ ſuoꝝ familia: & ſubactū eius ac demolitū imperiū quæ res q̄ræ curæ habentur humanis
ingeniis: uos ipſi exiſtimate. Hoc ego tantū de Cicerone exiſtimare poſſum: ut præſide illa ma
ioꝝ ſuoꝝ inuidia: ueteres illæ ĩimicitiæ impatientis animi ſuum ſemper ingeniū agitent nūq̄
impetu aut rabie quieſcant. Tanta eſt illius animi īmoderata euertendi huius imperii libido
uidelicet placato enim orbe terraꝝ tot profligatis regibus: tot populis: tot gentibus: tot exte-
ris nationibus ſubactis: terras undiq; & maria imperio noſtro parere nullum ſuperiorem ho-
ſtem populi ro. cui non noſtra uirtus longe probata ſit. Defluxit itaq; illi ſpes omnis extrinſe-
cus huius imperii demoliendi. Tute nobis omnia quieſcunt: omnes ultro obtemperant. Cum
uero ſeſe maioreſq; ſuos uindicatum iri malit: nec poſſit unq̄ ab illa opinione durus & crude-
lis animus quieſcere. Ad has confugit perturbationes: quibus priuatis inimicitiis: mecū prīo-
poſtremo in uniuerſam remp. conferre putat. Accuſat itaq; amicū ſibi Catilinam. & plæroſq;
alios eiuſdem conſcios coniurationis uelle remp. inuadere: euertere patriam: urbem deforma-
re: domibus: templis: aris: incendia parare: ſtupra: uirgines: ſenes: plebem: ac patricios iugulare:
nuſq̄ iræ: aut ferro parcere: donec pulcherrima iſta omnium imperatrix a ſtirpe intereat. Sed p
deos immortales neſcio quorſū tendat uana hæc hominū exiſtimatio. Vt quiſqs mortalium
credat aliquem eſſe tam perditū: aut tam prorſus ignaꝝ rationis. Cui non quandam intelligat
inſitam patriæ pietatem: quæ ſemper quadam tacita ac uæhementiſſima ui naturæ humanis
pectoribus infunditur. Quis itaq; romanus animus tantam reip. calamitatem afferre cupiat?
Quis. n. tam acerrimus populi romani hoſtis ille etiam carthaginenſium dux Hannibal maio
ra nobis aut patria excogitare potuiſſet. Ego ne remp. inuadere uelim: qui & pro rep. ingentia
pericula ſuſcepi? Ego ne ſenatum urbem deformare: tot ampliſſimis beneficiis noſtræ fami-
liæ decoratā auderem? Ego ne romanoꝝ templa incendere: quæ tot ſigna: tot tabulas maioꝝ
noſtroꝝ oſtendunt? Ego ne togatos patricios aut ſenatores iugulare qui inter dignitates mo-
do honore præfectus ſum? Ego ne candidatus reliquis ſceleribus deturpare ciuitatem qui plæ
rūq; ne quis deturparet ſūma ope propulſaui? Quæ ſpes? Quis animus? quæ occaſio me ad ta-
le facinus impellūt? Nū cauſa forte quam pauloante Cicero diſſeruit. libido dominandi. Non
ne quiete dignitatem omniū adeptus ſum? Nonne in ſpe mihi agendi tales reliquiæ parantur:
quales cuiq̄ mortaliū fas eſt optare. Neq; enī patriciatus: neq; ſenatoria dignitas defuit. Neq;
in poſteꝝ conſulatus: aut dictatura deeſſe poterūt. Quæ tantæ & tales ſunt: ut non modo in
hac præſtantiſſima urbe. Sed in omni orbe terraꝝ: omniū gentium: oīum nationum imperia
& principatus. antecellāt. Quid igitur opus erat ut difficile in bello quæreretur: quod mihi in
pace ultro parabatur: An forte īuidia me concitauit: quod pariter Cicero docebat: grande æs
alienum. Anguſtia rei familiaris: & īmoderata potiendaꝝ reꝝ audacia. Sed de temerario aut-
ueſano homie hoc exiſtimandū eſſet: ut plæriſq; q pro potiundis opibus īconſulte tantā para
re poſſet po. ro. ſeditionē: non præſerti ī uiro patricio. & conſulari: ī tam opulētiſſima ciuitate
cui honeſtæ ſūt opes qd dubitas ſibi ūq̄ deeſſe poſſe. Tot ultro ſeſe ſibi q̄ſtus offerūt & ex pu
blico ærario p̄uētus: q; ſiqs paululū labefactare maluerit: neq; oīo parere hōeſtati īcredibile ē
q̄uis facile ī īmēſis opibus affluere poſſit. Vt relqua p̄tereā: tu mihi im apertum exemplum es
Cicero: qui pridie pene hanc urbem congreſſus oīum reꝝ egens. Cum te ad magiſtratū cōtu

ſti:tãtã cõglutinaſti repente diuitiaꝝ molẽ:ut oẽs huius urbis coloniæ uix ẽptoribus tuis ſu
pereſſe uideanť.Temere igitur mihi obicis auaritiã:pauptatem inſtãs onus æris alieni.Quæ
cuncta tutiore uia ſedare potuiſſem:quã remp.inqetare ĩcerta,p certis cape paruo cõmodo in-
gẽtia ꝑicula ſubire.Sed neqꝫ qbus arguor priuataꝝ inimicitiaꝝ cã tãtũ facinus iniciaſſem. Ne
mo ẽ ĩ hac rep.quẽ inimicũ habeã.Hic Cice.tantũ mihi moleſtus eſt:quod eius flagitia quæ ĩ
occultũ habet nunquã reticere potui:cuius ineptias ſi tandẽ a me,ppulſare maluiſſem:ſine di
ſcrimĩe publico multi mihi ad ultionẽ aditus patebãt.Non erat opus ad ꝓnicĩẽ reip.confugeŕ:
neqꝫ metus mihi:neqꝫ ꝑicula obſtabant:cũ ſi ex hominum uita deleretť:nõ modo ad indicãdũ
ſed nec ad lugendũ funus qſq̃ ſupereſſet.Sed dñi,phibeant:ne hũc aĩum illius temeritate deho-
neſtem.Nullã.n.illuſtribus uiris in abiectis hoĩbus ultio laudẽ afferre põt.Illã tamẽ ſi caſu ma
luiſſem.Nõ eſt putãdũ qrites eo tpe ſuſceperi opportunitatis minimũ ſibi mihi uero plurimũ
adeſſe poterat.Porro ſi qbus armatoꝝ copiis domũ meã circũſepſi :ſocios ĩduxi:ꝓmiſi uigiles
neqꝫ hoꝝ.n.qcq̃ inficior.Feci patres.C.nõ ut cuiq̃ faceré iniuriã:ſed ut,phiberem cõſulis ĩpe-
tũ:Verebar ĩgeniũ nouerã.Sciebã inimicitias.ĩtellexerã hanc ab illo iſtructã cõiurationẽ.For-
midabã itaqꝫ ne illius facundia ſubito momẽto aĩ ueſtri ĩdignarenť:& cõtra queſtionẽ meã li
centia uſa deſignatis ꝑiculis de me ſuppliciũ ſumeretť.At ſi ſemel ĩ eius deſignatus manus cõci
diſſem fruſtra meæ ĩ poſteꝝ defenſioni locus parabať.Vitã igitť meã ſumma ope in hunc dirẽ
,pduxi. Et ĩ tãta reꝝ ꝓturbatiõe nũc ꝓſuaſu tuo ne me oẽs reũ facerent pene tranſiit.Nũc tibi
minus opus erat Cice:ꝑter ſpẽ in ſenatũ ueni.Et quantũ mihi ſatis uidebať:minora q̃dã ſcele
ra elucidaui:ex auditu quoꝝ iri ĩ obſcuro maluiſſes q̃ ipſis tã enormibus ſceleribus uiã dediſ-
ſe.Nihil tuoꝝ facinoꝝ expaui.Nõ tunc oratio tua:nõ ultro cõiecti motus territauerũt. Quis
n.terror ĩ tanta ſenatoꝝ frequẽtia:ĩ tanto ſplẽdidoꝝ ciuiũ cœtu ĩſontẽ cuiuſq̃ aĩum turbare
põt.Habeo igitť diẽ quẽ maxĩe cupiui:quẽ uero minĩe exiſtimabas.Habeo ſenatũ q ĩnocentiã
meã ĩtelligat:apud quẽ flagitia tua in apto habeanť.Optio igitť ꝑiculo meis ꝑiculis,ſpexi:ſi q̃
do armatoꝝ copia furorẽ tuum,ppulſaui.Si q̃do ĩtrepidus ĩ rep.ꝓſtiti:fugã dum mihi oĩ obtẽ
tu ꝓſuadebas:inſtare mihi cõtra fuit aĩus.Sed o dii ĩmortales ubi nã ſumus:qs potentẽ calum
niam nõ uidet?Quid aliud niſi ut fugerẽ tota tua oĩo ꝓtimuit.Sed ſi(ut aĩs)oĩa mea tibi facta
illuſtranť:ſi luce clariora ſunt mea cõſilia,Quid nunc mihi fugã ꝓſuades?Hic ſum nullis meis
põſidiis circũuentus.Adeſt ſenatus q tibi uim fieri,phibebit.Oſtende hæc facinora: elucida ſe-
ditionẽ:affer ſuppliciũ.Nõ decet ĩ tantis ꝑiculis ĩ miſericordiã uideri.Cunctatio q̃dẽ oĩs obeſ
ſe põt.Nullũ uero põſidiũ afferre:ſi habes prĩcipiũ cõiurationis.Si ĩperatorẽ hoſtiũ tenes: quid
remoraris:qd eiicere cupis.Vtilius eſt.n.ut luce careat exercitus:fient ilico ad bellum ſegnio-
res.Sed uideo utiqꝫ fieri ſoles ĩ mediis malis.Tibi maloꝝ cã:timore aĩus frigeſcit : Caſum enĩ
quẽ mihi aut reip.ꝑabas:ĩ te cõferri uides.Res ꝑter opinionẽ tuã nunc agiť tui capitis ꝑiculo .
Dubitas nunc de fortunis tuis nõ obiectuꝝ me tibi:ĩ ſenatum uenire exiſtimabas.Ideo cũ ue
ni ilico trepidus factus es.Putas minitando nunc mihi terrorẽ ĩcutere ignorans q̃ liber q̃ ua-
ſtus ſit ĩnocens aĩus.Vis ut fugiam Cice.utiqꝫ non fugiã:ſed ꝓſiſtam acrius petulantiã tuã op-
pugnando.Neceſſe eſt:ut oĩum conſilioꝝ tuoꝝ flagitia refellã.Veniant in hunc locum teſtes
quoꝝ tibi tantã copiam ſupeſſe dicis.Vt nil tibi meoꝝ opeꝝ tectum aut occultum ſit.Quos
,pduces?Qu.curiũ hoĩem qdem ſanæ opinionis:ĩtegræ uitæ:at uero q ſuis flagitiis celeberri-
me hunc ordinẽ deuaſtauit.Propterea,pbari genere abdicatus eſt? Aut Fuluiam ,pduces eius
cõſortẽ libidinis quæ nullius unq̃ cædis conſcia fuit.Nullius ſtupri aut ĩceſti alũna cõcubitus
aut uero ita uixit:ut uelut quoddã ſceleris exẽplum.oẽs meretricum artes egregie ſola ipſa ſu-
pauit.Hi ſunt hoĩes clariſſimi qbus nunc inqetudo ciuitatis ſuſpecta eſt:quoꝝ aduerſum me
ſtimonia parantur.Sed ꝑ deos ĩmortales tu te iam Cicero moribus tuis oſtendis:furore tuo
lum non ĩpudentius abutere.Non erat ex apertis cõiurationibus petenda fides populi ro-
ni ſi me delere cupiebas.Eos eligere debuiſti:quoꝝ obſcurior uita:& parumper occultiora
ocinia fuiſſent.Multi mortales eadẽ pecunia utilius ambitioni tuæ obtẽpaſſent.Illoꝝ aũt
dicta nemo bonus ciuis timere debet.Facile refelli poſſunt: utpote:cum fortũa eorm &
& facta ſatis uulgata ſit ; qui mihi ſe fauere debeant aduerſari mallem eſſe iniurios:ne ui
neã eorum familiaritas æque ĩ contẽptum deduceret Nũc itaqꝫ patres con.omnia uobis
conſulis:& cogitata illuſtrãtur.Nunc etiam uobis ĩnocẽtia mea patere põt,Quæ res illũ
ritlad Catilinæ interitũ;ad ꝓturbandã remp.uidetis.Mecũ priuatis inimicitiis agitatur.
ũ uero nouitatis uniuerſam odit nouitatẽ more maioꝝ ſuoꝝ.Nam hanc patriã abhor
,ppter ĕditiones parat:Serit diſcordias:nunq̃ ad ꝓnitiem noſtram ĩpatiens eius aĩus qe-

BIBLIOTEKA GŁÓWNA
w Poznaniu
Ordyn. Im. A. Mickiewicza

icit.Facit in primis reū paricidii mero.patricium : Senatorē cuius tot res geſtæ:tot īperia:tot magiſtratus:tot:maiorum meoꝝ beneficia ampliſſimo ſplendore reip.luceſcūt. Obiicit ægeſtatem quæ in opulentiſſima ciuitate minoribus etiā magiſtratibus nūq̄ obeſſe potuit.Obiectat inimicitias:quæ mihi ad pturbandam remp.nō utiq; ſatis eſſe uiderent. Teſtes quos ꝓduc it uidetis:q tales ſunt:ut oīum ſceleratoꝝ exuperent īgenia.Quæ tentata:poſtq̄ ſibi ꝓter ſpē euentibus non reſpōdent:neq; ī ſenatū ſperat:timore ilico ſuppīſſus eſt.Fugam mihi īperat: q̄do ſi deliq̄ſſet.ad uendicandū nephas nulla magnitudo ſupplicii ſatis eſſe poſſet.Si ergo patreſ con.īnocentiam meā uidetis.Si illius animi ferocitatē itelligitis.Si pericula reip.īgeniis ueſtris ꝓpta ſunt:expergiſcimini igit̄ aliquādo:& imperii romani uitæ miſeremini. Habetis labētem colubrū in uiſceribus ueſtris:habetis ī hoc ordīe incluſam reip.calamitatē:quæ uigilat ad pniciem po.ro. Vos illum illū ī ſummo honoꝝ poſuiſtis.Cauete ne quādo p licentiā ea pars peſtis totū corpus ambiat:& ueluti cōtagio quædā ī uobis adoleſcat.Expiate ociusꝝ:& eneruate hāc ſniam ſceleꝝ.Abdicate hunc hoīem cōſulatu:ne claram & āpliſſimā dignitatē fœda illius flagitia deturpent.Eripite hunc ab hac rep.ne q̄do eū ad excidium noſtræ ciuitatis anhelantem hæc ſanctiſſima ītra mœnia ſe conſpiciant.Si cara ſunt uobis huius urbis monumenta:ſi piucūdi liberoꝝ cōſpectus.Si grata eſt ueſtraꝝ uirginum pudicitia:ſi tēpla potentatus:ſacerdotiæ ſocietates:domus:opes:familiæ:clientelæ:fortunæ oīum:& uniuerſæ patriæ cōmoda uobis accepta ſunt.Iam iam ab hac rep.ſemē hoc maloꝝ oīum eradicate:hūc a conſpectu ciuiū eripite.q uos:& oīa bona ueſtra extīguere cogitat:q claritudinē īperii ro.ī ſimultatibus atq; diſcordiis pturbare īſtituit:Succurrite his periculis:obuiate huic calamitati.Tunc oīs ſuſpicio ſedabit̄.Tum dolus ille a cohortibus cōfeſtim diſſipabit̄.In hoc uno homine oīs ſpes eoꝝ ſita eſt. Quis.n.alium huic maximo īperio:huic capiti orbis terraꝝ paucoꝝ ſceleratoꝝ aīos erigere : aut cōcitare potuit? Quis ciuis in hac rep.tā atrox facinus excogitare? Hic hic tātū nouus Cicero arpinas ex tullioꝝ familia ſtruit clam noſtro capiti inſidias.Catilinæ coniuratiōes ſimulat: quo liberior ſibi ad conſilium opportunitas patere poſſit.Nos plæroſq; ī quæſtionē deducit. Vt nomine noſtro cōparatis copiis facilior ſibi pateat aditus ad inuadēdum remp. Vos patres con.nōne ueſtra pericula uidetis? Capeſſite remp.miſerā & nutantem.Subuenite patriæ:parētum:& ſimul ſalutis oīum miſeramini.Meq; conſularem patriciū ciuem:& amicū populi ro.a faucibus inimici conſulis eripite.Supplicem atq; inſtantem priſtinæ claritudini omnium ciuium gratiæ ac beniuolentiæ reſtituite:dixi. .Finis.

Iuſtinianus Romanus Lectori Salutem.

Si Criſpi Saluſtii laudes tibi breuius expedīr̄ potuiſſē:eram id tibi libēter præſtiturus candide lector.Nunc urbaniſſimi poetæ teſtimonio contentus:accipe . Romanæ Hiſtoriæ principem:tibi diligenti recognitiōe Impreſſum.Ac dum legeris Ioannem Vercellenſem opificem:Et Franciſcum cognomento madium impreſſionis auctorem(quorum uoluntatem ſequuti: laborem hūc libēter ſuſcepimus) ut debes ama : & ſi hoc nimium cenſes dilige ſaltem : Vale.

Habes hæc omnia uno uolumīe complexa:
Catilīæ defenſionē aduerſus.M.T.accuſationē.
Eiuſdem in.M.T.inuectiuam
Criſpi Saluſtii Catilinā & Iugurtham
Criſpi Saluſtii uitam.
Marci Tulii in Criſpum Saluſtium reſponſum:ſiue niuectiuam.

Regiſtrum

a
prima alba
omnes homines
Quæ aſperas
b
tiis ſumma
longe mihit
galiam
c
cerus ꝓced;
gligas at malus
ſteq; inter ſe
d
Capi at intelectus
Animis uelris
rant ageſt
e
runt:aut
Oratio Lutii

BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
238 4°
INKUNABUŁY